


SAC. ROTÆ ROMANÆ AVDITORIO

Siuè

Reuerendiſsimo P. D.

LANCETTA

DECANO

Parmen. Succeſsionis.

I N T E R

Sereniſsimum D. Ducem,

E T

Sereniſſimum D. Principem.



Reſtrictus Facti, & Iuris.

ROMÆ, Typis Reu. Cameræ Apoſtolicæ 1723.

Parmen. Successionis

INDEX, SEV SVMMARIVM

Contentorum in Restrictu præuia etiam illius diuisione in partes facilioris studij gratia.

§. 1.

Proœmium.

§. 2.

1. Serenissima *Margharita* Serenissimo Duci Estensi Nupta, & modico tempore effecta Vidua Patrios Lares repetijt, *Ducissæ Mutinæ* Dignitate retenta, habitisque *instructis Domibus in toto Statu*, repentino occubuit fato *anno* 1718. Superstitibus *Sacra Maiestate Regina Catholica* Nepte ex fratre germano, & Serenissimis *Duce*, & *Principe* fratribus consaguineis. *Enarratur factum.*



2. Hine orta quæstio super pertinentia intestatæ successionis *dictæ Ducissæ*, in qua potiora substinentur Iura *Sacræ Maiestatis Reginæ Catholicæ*, cuius Renunciatarius est Serenissimus *Dux*.

§. 3.

3. Iure repræsentationis Serenissimi *Odoardi* Patris Serenis. Reginæ, & fratris vtrinque coniuncti defunctæ *Ducissæ*, illa de *Iure* in successione præfertur Serenissimis *Patruis* Consanguineis tantùm. *In isto §. ostenditur quod de Iure debetur successio S. C. M. Reginæ.*

4. Eiusque Iura in Serenissimum *Ducem* transfusa per renunciationem, vindicat, & Iure optimo promouet idem Serenissimus *Dux*.

§. 4.

5. Et quidem non obstante *Statutaria dispositione Parmen.*, quæ hic refertur. *I. PARS. A' §. 4. vsque ad §. 10. ostenditur Statutum Parmæ non esse rigorosè agnatitium, sed limitate ad certos casus, & personas.*

§. 5.

6. *Statutum* excludit in concursu Fratrum, & Nepotum *Sorores, & Neptes* cum primis *consuccessuras de Iure*, non eas, quæ defuncto essent successuræ *prælatiuè* ad Masculos ex *duplicitate vinculi*.

7. Quam, vel *Statutum* præseruauit,

8. Vel omisit tamquam implicantem casum diuersum *à Statuto* dispositum, cuius extensio fieri nequit.

A 9. So-

§.6.

9. So'a agnationis ratio expressa in *Statutis* aliquando illa ampliare solet.

10. Quæ tamen ratio deficit in *Statuto Parmensi*.

11. Et quidem tàm in *littera*, in qua de ea nullum verbum.

§.7.

12. Quam in *spiritu*, ex quo posthabitis Patruis *filiæ* Defuncti, *aliæque fæminæ descendentes admittantur*.

13. Et quidem *perpetuò*, & absque onere restituendi *Agnatis*.

14. Quod excludit votum agnationis.

15. Sororibus ipsis insuper vltra dotem *Statutum* defert vsumfructum in portione hæreditatis, quem idcircò eis cum Fratribus communem fecit.

§.8.

16. Talis qualis Masculorum fauor à *Statuto* dispositus in concursu fœminarum valdè differt à contemplatione præcisà agnationis.

17. Prælatio erga Masculos in certis casibus non inducit votum agnationis.

§.9.

18. Vel certè non inducit illud votum operatiuum extensionis *Statuti*.

19. Sed votum restrictum, & limitatum ad certos casus, & certas signatas personas ad diuersas minimè extendibile.

20. Et eo certiùs, cum *Statuta* Parmæ ad *litteram* intelligenda sint, iuxta peculiarem *Rubricam* ità demandantem.

II. PARS.

A §. 10. *vsque ad* 20. *ostēditur, quod Statutum nec in littera, nec in spiritu ademit Sororibus, prælationem ex duplicitate vinculi in cōcursu fratrum consanguineorum tantum.*

21. Quod idcircò omnem extensionem eo certiùs vetat de casu ad casum.

§.10.

22. Ostenditur, quod in littera *Statutum* vnicè exclusit sorores, vel Neptes consuccessuras.

23. Attentis illis verbis = *quę alias de Iure communi succederent cum Masculis*.

24. Quæ important consuccessionem.

25. Quæ optimè etiam resultat ex repetitis dictionibus = *Vna cum*.

§.11.

26. Quam non *exemplificatiuè*, *sed taxatiuè Statutum* ità expressit.

27. Quia *Statutum* adijcit fœminis dictam consuccessionem per modum qualitatis.

28. Quæ in *Statutis* per speciem qualitatis exprimuntur, non *demonstratiuè*, sed *taxatiuè* expressa dicuntur.

29. Imò

29. Imò important conditionem, qua non concurrente cessat lex *Statuti*.

30. Et non censentur comprehensi, quibus *Statuti* qualitates non conueniunt.

§. 12.

31. Argumento à contrario sensu in *Statutis* valido *Sorores*, *vel Neptes* præferendæ *de Iure* in parte exclusiua *Statuti* non comprehenduntur.

§. 13.

32. Idque magis clarè connotat progressus *Statuti* in vocatione aliorum transuersalium.

33. In quorum concursu excluduntur *aliæ fœminæ* cum ipsis *de Iure* consuccessuræ adiecta dictione, *vt supra dictum erat de Sororibus*, *& Neptibus*.

34. Quæ *dictio* est repetitiua eiusdem qualitatis.

§. 14.

35. Quod clariùs indicat pars exclusiua dd. aliarum fœminarum expressè extensa etiam ad illas, quæ masculis essent *præferendæ*.

36. Quo stante discretiuo modo statuendi inter *Sorores*, *& Neptes*, & inter *alias fœminas*, diuersa quoque mens *Statuti* optimè elicitur.

§. 15.

37. Priuilegium oriens ex *duplicitate vinculi* Sororibus, & Neptibus *Statutum* non ademit, sed præseruauit.

38. Et per illa verba = *alijs fœminis* = *Statutum* intellexit solum *de Neptibus*, quarum dumtaxàt respectu verificabatur *consuccessio* cum Fratribus, vel Nepotibus à *Statuto* volita.

39. Ita connotante relatiua = *cum prædictis Masculis*.

40. Excepta Matre, de qua non loquitur hæc *Rubrica*, nulla alia *fœmina* de Iure consuccedit *cum Fratribus*, *vel Nepotibus*, quàm *Soror*, *vel Neptis*.

41. Vel Iure suo, vel repræsentatiuo Patris, quod vltra secundum gradum in collateralibus non datur.

42. Solæ idcircò *Neptes* appellatione *aliarum fœminarum* veniunt.

§. 16.

43. Concluditur præseruata *duplicitas vinculi*, ex quà dumtaxàt *Sororibus*, *vel Neptibus* oritur Ius prælationis in concursu *Fratrum*, *vel Nepotum*.

44. Extra casum *duplicis vinculi* Soror, vel Neptis sunt pares gradu cum Fratribus, vel Nepotibus, & par habent consuccessionis beneficium.

45. Idem est aliquid esse expressum, vel ab expressis necessariò resultare.

§.17.

46. Subiecta materia *duplicitatis vinculi* ità dicere cogit, cum sit *in Iure* potentissima.

47. In *Statutis* nunquam ea sublata censetur nisi sit expressa, vel nisi per apertam agnationis rationem absolutam, & generalem.

48. Secùs quando hæc non adsit, vel sit restricta ad certos casus.

49. Nam tunc prævalet opinio contraria.

§.18.

50. *Statutum* Parmense agnationi non prospexit absolutè.

51. Et præseruatio *duplicitatis vinculi* optimè elicitur in casu ab argumento à contrario sensu.

52. In claris frustra recurritur ad coniecturas.

§.19.

53. Præseruationem adhuc dicti Priuilegij probat *quæstio* aliàs agitata inter *Doctores*, an *Statuta* generaliter exclusiua illud adimant.

54. Quam *Rota coram Royas* indecisam reliquit *dec*.399.

55. Prævalet *affirmatiua*, dato *voto agnatitio expresso*, aut alijs concurrentibus coniecturis:

56. *Quæstio* prædicta promouetur in terminis *Statuti* simpliciter,& absolutè exclusiui Sororum, & fœminarum. In casu *Statuti Parmen.* exclusio non *est absoluta*, sed cum illo adiecto qualificatiuo consuccessionis.

57. Resistit idcircò ademptioni *d. Priuilegii* mens statuentium argumentis æquiuocis haud elidibilis.

III. PARS.
A §.20. *vsque ad* 29. *ostenditur, quod secunda pars* Rubricæ Statuti *excludens feminas etiam præferēdas in concursu transuersalium vlterioris gradus, percutiat alias feminas, non autem Sorores, vel Neptes.*

§.20.

58. Examinatur secunda pars *Rubricæ Statuti*, quæ hìc refertur.

59. Verba d. posterioris partis loquitur *de aliis fœminis*, non de *Sororibus*, *&* *Neptibus* circa quas specialiter in *primà parte* prouisum fuerat.

60. Exemplificatur de quibus fœminis intellexerit, & in quibus dispositio verificatur.

§.21.

61. Id probat *primò* caput inclusiuum tractans de Transuersalibus ulterioribus.

62. Caput exclusiuum debet correspondere inclusiuo.

§.22.

63. *Secundo* probat dictio *similiter*, quæ fertur ad diuersas fœminas.

64. *Ter-*

§. 23.

64. *Tertiò* deficientia dictionum repetitiuarum, quibus de cætero in alijs *Statutum* vtitur in alia *Rubricæ* partè.

§. 24.

65. *Quartò* probat regula, quod *lex generalis* subsequens *speciali* antecedenti quoad signatas Personas non derogat.

66. Præcedit enim *specialis* prouisio quoad *Sorores, & Neptes*, subsequitur *generalis* quoad *alias fœminas*.

67. Prima pars *Rubricæ* specialiter quoad *Sorores* disponit per orationem vndique perfectam, & completam.

§. 25.

68. Vocabulum *fœminæ* adhibitum in *secunda parte*, si in tota sua latitudine sumi deberet, complecteretur quoque *filias, alias que fœminas Descendentes*.

69. Quod dici non potest vtpotè quod istæ sunt *specialitèr* determinatæ in prima *rubricæ* parte.

70. Ergo, & hoc ipsum dicendum de *Sororibus*, quibus specialitèr ibidem prouisum fuit.

§. 26.

71. Suadet etiam alternatiua consuccessionis, & prælationis adhibita quoad fœminas mentionatas in hac *secunda parte*.

72. Quæ idcircò in vtroque membro alternatiuæ reflectit ad eamdem fœminarum classem exclusiuè ad *Sorores, vel Neptes*.

73. Quæ si in *primo* Consuccessionis venire non potuerunt, ita nec in *secundo* alternatiuæ capite, circa prælationem.

§. 27.

74. Ita etiam dicendum, quia alias verba illa consuccessionem importantia quoad *Sorores, & Neptes* dumtaxat apposità in prima parte *Rubricæ* remanerent otiosa, & elusoria.

75. Quod in *Statutis* consultò, & pensatè factis dici non potest.

§. 28.

76. Apertè in id conspirat totus *secundæ* partis *Rubricæ* contextus.

77. Et signanter *dictio* repetitiua = *vt suprà dictum est*, quæ separat vnum casum ab altero, & importat æquationem Personarum quo ad consuccessionem *in prima parte* volitam.

78. Et quod diuersæ erant Personæ, de quibus *posterior* disponit in ordine ad prælationem.

§. 29.

79. Figurata tamen etiam comprehensione *Sororum, vel Neptum* in secunda parte *Rubricæ* non exindè euertitur *lex* spe-

IV. PARS:

A §. 29. ad 37. ostenditur, quod data, et comprehensione Sororum, & Neptum in d. 2. parte Rubricæ *adhuc non sit*

ipsis admittun. privilegium duplicitatis vinculi, *seù prelatio in concursu cum fratribus, vèl Nepotibus consanguineis.*

specialis superius datæ in earum concursu cum fratribus, vel Nepotibus.

§. 30., & 31.

80. Probant id verba ipsa *Rubricæ* discretiuè loquentia inter vnum, & alterum casum, & *specialis* prouisio facta, quando *Soror*, *vel Neptis* concurrit cum *fratre*, *vel Nepote*.

§. 32.

81. Et sufficit diuersitas inter vnum, & alterum casum.

82. Vt inde ab vno nequeat fieri illatio ad alium, maximè dum casus concursus *Sororis* cum fratre est specialiter in Statuto decisus.

§. 33.

83. Diuersitati casus correspondet etiam diuersa dispositio *Statuti*.

§. 34.

84. Proùt æquè diuersa ratio. Respectu enim vlteriorum Transuersalium *Statutum* non potuit considerare nisi gradum, non verò *duplicitatem vinculi*.

85. Quæ in ipsos, & quoad ipsos non attenditur.

86. Imò illa non ascendit nec ad Neptes, & Nepotes inter se concurrentes ex suo gradu.

§. 35.

87. Non sic inter *fratres*, & *sorores* inter quos *Statutum* vltra gradum considerare potuit etiam *duplex vinculum*, quod adimere rationabiliter noluisse dici debet.

§. 36.

88. Ex hac germana intelligentia omnis tollitur in *Statuto* antynomia, & contradictio.

V. PARS.

A §. 37. ad 40. astenditur eo minus obstare Statutum ex quo agitur de hereditate fœminæ consisten. in dote idem excorporata à Patrimonio, & familia, & respondetur etiam obiecto æquiparationis.

89. Et occurritur absurdo superfluitatis verborum in *prima parte* Rubricæ *circa Consuccessionem* volitam in sororibus exclusis.

§. 37.

90. Declinatur etiam censura *Statuti*, ex quo agitur de hæreditate *fœminæ*, & de Dote excorporata à Serenissima Domu.

91. Dos ex *Statuto* Parmen lucratur à Marito per obitum Vxoris.

92. Data tali excorporatione non consideratur amplius ratio conseruandi Bona in agnatione.

93. Quæ differentia inter hæreditatem *fœminæ*, & illam *masculi* in ratione *Statuti* multùm confert.

§. 38.

94. Et cohæret ipsa *Rubrica Statuti*, quæ mandat, vt *singula singulis* congruè referantur.

§. 39.

95. Et sufficit *Statutum* de hæreditate fœminæ dotatæ non dispo-

posuisse, vt inde ad tramites *Iuris Communis* eius successio sit regulanda.

96. Ita disponente *Statuto*, vt in ijs, in quibus ipsum deficit, attendatur *Ius Commune*.

97. Addita altera Rubrica, vt *Statuta* ad *litteram* sint intelligenda, operante, vt nequeat fieri *illius* extensio de casu ad casum.

§. 40.

A §. 40. ad 48. refellitur obiectū deducibile ab equiparatione Fratrū germanorum, & Consanguineorum in capite inclusiuo Statuti.

98. Non obstat æquiparatio fratrum siue vno, siue altero ex latere Coniunctorum in capite exclusiuo facta à *Statuto*.

§. 41.

99. Quia in primis si hæc equiparatio operaretur; ad omnes effectos, *Statutum* magis faueret Consanguineo, quam Germano.

100. Consequeretur solus totam hæreditatem, quam Germanus virtute Statuti non perciperet nisi pro medietate.

§. 42.

101. Ex simplici vocatione copulatiua *fratris germani*, & *Consanguinei* non inducitur nec æquiparatio respectiua, nisi *Statutum* mandet sororem germanam excludi à Consanguineo.

102. Hinc frequens in *Statutis* specialis prouisio circa dictam exclusionem.

§. 43.

103. *Statutum* Parmen. non æquiparat Fratres in excludendo, si seorsim concurrant; quia exclusit Sorores *de Iure* Consuccessuras.

104. Propterea Germanus Germanam, & Consanguineus Consanguineam.

105. *Statutum* vnicè idcircò æquiparauit, quandò Consanguineus vna simul cum Germano concurrit.

106. Ergo in hoc casu concursus tantùm *Consanguineorum* frustra allegari potest Statutum indistinctè.

§. 44.

107. Quod in hoc sensu *Statutum* illos æquiparauerit, scatet ab eadem *Rubrica*, quando agit de concursu Fratrum cum Patre, vel Auo, aliove Ascendente.

108. Mandat enim Successionem prout *Iura disponunt*.

109. Quæ iuxtà vinculorum concursum, & qualitatem Successiones distribuunt.

§. 45.

110. Quin quærenda sit ratio *Statuti* de hac æquiparatione non absoluta, quia in claris ratio non scrutatur.

§. 46.

111. Sed deficere non poteſt ratio, vt faueret *Conſanguineo* datq Conſortio *Germani*, ſecus iſto deficiente.

112. Quia in hoc caſu non verificatur Conſucceſſio cum *Sorore* excludenda, prout præſcribit *Statutum*.

§. 47.

113. Confirmat id regula, quod pro metienda excluſione fœminarum non attenditur caputincluſiuum, ſed caput excluſiuum.

114. *Statutum Parmenſe* in capite excluſiuo excludit dumtaxat *Sorores Conſucceſſuras*, ergò æquiparatio non poteſt operari quoad *Sorores vincentes*, & in concurſu Conſanguineorum tantum,

§. 48.

Ab iſto §. 48. fit tranſitus ad motiuum exemptionis à Statuto,

115. Motiuum *duplicitatis vinculi* hactenùs tractatum ſatis eſſet pro deciſione Cauſæ.

116. At ſuppoſita etiam comprænhenſione præſentis caſus in *Statuto* eius cenſura non applicatur.

§. 49.

VI. PARS.
In iſto §. 49. oſtenditur inallegabilem eſſe in Caſu Conſtitutionem Innocentianam, quæ non extenditur ad ditionem Parmæ

117. Innallegabilis eſt *Conſtitutio Innocentiana* vti lex noua, & exorbitans,

118. Illique fomentum dedit conſenſus Populorum Status Eccleſiaſtici,

119. Vi auctoritatiua non ligat *Ducatum Parmenſem*, *nec Regnum Neapolitanum* vti Feuda maiora.

120. Pro Statibus mediatis, ad quos protenditur, intelliguntur *Loca infeudata* Domicellis, & Baronibus Inferiori s Ordinis,

121. Hoc teſtatur idem *Card. de Luca* Conſtitutionis extenſor,

122. Id ipſum procedit quoad *Conſtitutiones Egidianam Carpenſem*, *& Bullam Baronum* pro ſubditis Status Eccleſiaſtici latas, & Conſtitut. Innocent. nou ligat Statum Auen:, & Venuſin:

§. 50.

In iſto §. 50. & ſeq. oſtenditur pro operatione Statuti neceſſoriam eſſe copulatiuè vtramque ſubiectionem.

123. Præciſa *Innocentiana*, Statuta excluſiua fœminarum exigunt *copulatiuè* vtramque ſubiectionem.

124. Quarum alterutra deficiente *Statutum* non intrat.

§. 51.

125. In caſu iſto non vna ſed vtraque ſubiectio deficit.

126. Confert ad id enarratio hiſtorica de Statu Ciuitatis Parmenſis.

127. Vt indè pateat quo Iure *Statuta* condita fuerint.

§. 52.

VII. PARS.
Ab iſto §. 52. ad 56. oſtenditur enarratione hiſtorica quo

128. *In ſeculo* 12. Ciuitas Parmę regebatur vti Reſpublica.

129. Enumerata idcircò legitur in *Pace Conſtantię* inter alias Ciuitates fœderatas.

130. Il-

130. Illique confirmata fuit in *d. Pace* Iurisdictio, qua priùs prępollebat. *iure Ciuitas Parmę condiderit Statuta.*

131. Possedit Regalia, Feuda, & Terras militum.

132. Pluribus decorata legitur Priuilegijs Imperialibus.

§. 53.

133. Ambigi nequit Ciuitates Lombardiæ, & inter eas Parmam, regalibus, & Iurisdictione fulcitas.

134. Notant id innumeri ferè grauissimi *Auctores*.

135. De Ciuitate Parmæ in specie *Ruin. & Bald.*

§. 54.

136. A Iurisdictione veluti à fonte oritur auctoritas concedendi *Statuta*.

137. Quæ in Populum, & Subditos valent, nec indigent confirmatione.

138. Necessaria est confirmatio, vbi in statuentibus deficit auctoritas.

§. 55.

139. Ciuitas Parmæ de Statu libertatis, passa fuit subiectionem Ducum Mediolanensium.

140. Anno 1494. pro feliciori Statu Populi Correctiones antiquis *Statutis* factæ porrexit Duci Mediolani confirmandas.

141. Quod obtinuit vti *de legibus municipalibus* in antiquo eorum Statu idcirco relictis.

142. Ità se habuit Parmensium supplicatio.

143. Et ità se continuit Dux confirmans.

144. Et ità professi sunt Parmenses in earum publicatione.

VIII. PARS.

A §. 56. ad 63. ostenditur, quid operauerint confirmationes Statutorum editę seu à Pontificibus, seu à Principibus Dominantibus.

§. 56.

145. Quibus stantibus frustrà quæri potest vtrum *lex Populi* in legem *Principis* transfusa fuerit.

146. Id quæri potest dum agitur de *Statuto* inualido ex defectu potestatis Statuentium.

147. Secus in illis conditis ab Vniuersitate pollente Regalibus.

148. In *Statuto* inualido dumtaxàt militat dicterium = *quod nostra facimus, quibus nostram impertimur authoritatem.*

§. 57.

149. Extranea hæc quæstio quoad *Statutum* Parmen. attenta expressa voluntate confirmantis, vt pro *legibus municipalibus* haberentur.

150. Quarum naturam idcirco non mutarunt quamuis confirmatæ à Principe Dominante.

§. 58.

151. Reassumpsit d. Ciuitas Statum Reipublicæ *in Seculo* 15. vsque quo de *anno* 1511. deuenit sub Dominio S. Sedis.

§. 59.

152. Obtinuit confirmari *Statuta* à fa. me. Paulo III. in forma communi, vt proprijs *legibus* viueret.

§. 60.

153. Vetera *Statuta* permanserunt in eo Statu quo erant, nec ex mutatione Domini, seù ex reuersione ad antiquum ca mutantur, aùt cessant, nisi abrogentur.

154. Regula cessationis *Statuti*, quando res ad eum Statum deuenit à quo incipere non potest, non procedit, quando *Statutum* ab initio vtiliter factum est.

§. 61.

155. *Statuta* Parmæ vtiliter gesta sunt in Statu libertatis ex optimo titulo *Pacis Constantiæ*, & perantiqua consuetudine.

156. Populus Romanus non per hoc, quod in Cæsares dominium transtulit, cessarunt *Plebiscita*.

157. Dicterium *nouus Rex noua lex* procedit si hæc mutetur, si secus, illa durat vtantea.

§. 62.

158. Parmæ nulla mutatio, seù abrogatio antiquorum *Statutorum* intercessit sub dominio diuersorum Principum, sed vti *leges municipales* semper manserunt.

159. Confirmatio à nouo Principe peti solet ad Cauthelam, non quod sit necessaria.

160. In casu *Statutorum* Parmensium confirmationes omnes *in forma communi factæ*.

161. Quæ confirmatio addit solum robur extrinsecum illis in eorum natiua auctoritate manentibus.

§. 63.

In isto §. 63. ostenditur, quod non obstantibus dd. Confirmationibus, Statuta Parmæ *retinuerunt eandē qualitatem natiuam* legis municipalis *minus aptæ ligare Principem*.

162. *Statuta Parmensia* retinuerunt proindè primæuam, & natiuam indolem *legum Popularium*.

163. Id etiam accidit Ciuitatibus *Ferrarien.*, *& Vrbinaten.* ad S. Sedem deuolutis.

164. Quæ idcircò *leges* applicabiles non sunt Personæ, & hæreditati *Ser. Duc. Mutinæ* eisdem non subiectæ.

165. Ratione suæ originis, & natiuitatis vti filia Supremi Principis Subdita non fuit *legibus* Populi.

166. Quidquid dicendum esset *de legibus* ipsius Principis.

167. Aut *de illis* Populi inualidis, & à Principe confirmatis.

168. De Persona, & bonis Principis nulla dubitatio circa eorum exemptionem.

IX. PARS.

In isto §. 64. ostenditur idipsum procedere quoad Principis Familiam, & authoritate Doctorum comprobatur.

§. 64.

169. Quod procedit etiam quoad eiusdem Principis *Familiam*, quæ tertiam constituit speciem à Populo distinctam.

170. Referuntur grauissimi *Doctores* assumptum tuentes in puncto

ctto *Statuti* confirmati,& exclusiui fœminarum,& ad alios effectus,

171. *Sacc.* Parmen. loquitur de Duce Octauio Farnesio in puncto *Statuti* Parmen.

172. *Adden. ad Statut. Parm.* sequuntur *Brun.* ità tenentem in hoc puncto.

173. *Betsius*, latè examinato articulo, dissertissimè probat Principem eiusque familiam minimè ligari *Statutis* suorum Subditorum.

174. Et hoc ipsum *Marescott. lib.1. cap.9.* innixus authoritate *S. Rotæ*.

Et à §. 65. ad 71. ostenditur hanc sententiam vti veriorem esse receptam à S. Rota, ac in ea perpetuo resedisse, necnon reijciuntur contrarij.

§. 65.

175. Sententia eo magis attendenda; quia eam perpetuò secuta est *S. Rota*, *vt in decis.353. Putei lib.1.*

§. 66.

176. Et magis ex professo secutà est in *Balneoregien. bonorum coram Orano* etiam in prima *decis. anni* 1588

177. Et quidem sequendo *Card. Zabarell. in cons.2.*

178. Ibique admittitur *Statuta* condita à Ciuitatibus compræhensis *in Pace Constantiæ* esse valida, & confirmatione non indigere.

179. Magis ex professo eam sententiam secuta est *Rota in posteriori decis. coram Orano* edita de *anno* 1589., *vt in Summ. num.*13.

180. Et in successiuis *decis. anni* 1591. *&* 1594. *coram Pamphil.* in eadem Causa *Summ. num.*14.

§. 67.

181. Eamque tenuit quoque *coram Gregor. decis.*279.

§. 68.

182. Et etiam *coram Emerix decis.*879., *&* 921., & in confirmatoria *coram Molines*.

183. Valet argumentum *à Statuto* ad consuetudinem, & è contra.

184. *Statuta* enim localia non sunt aliud quam consuetudines diù obseruatæ.

§. 69.

185. Non attento quid dixerit *Beltram. ad decis.*279. *Gregor.* & senserit *Saminiat.* vtpotè innixi *dicta decis.*1588. *Orani*, quæ potiùs fauet, & habet posteriores contrarias.

§. 70.

186. Ostenditur *d. decis.*1588. *Orani* potius fauere assumpto, & sic retorqueri.

187. Processit cum supposito, quod ageretur *de Statuto* condito ab ipso Domino loci.

188. Quo

188. Quo casu accedente voluntate Principis filiæ ipsi obnoxiæ sunt.
189. In casu nostro agitur de *Statuto* Ciuitatis facultate statuendi prædita ex *Pace Constantiæ*, & ex consuetudine immemorabili.
190. Confirmationes superuentæ factæ, vt de talibus.
191. Quæ dicta *Statuta* non immutarunt.
192. Processit vlterius *Rota in d. 1. decis. Orani* cum alio supposito, quod Dominus vsus esset *Statuto* contra filiam.
193. Quo pro insubsistenti agnito *Rota* recessit insubsequenti *decis. anni* 1589. *d. Sum. n.* 13.

§. 71.

A §. 71. ad 76. adducuntur rationes, quibus Sententia ista fulcitur, & quæ illam magis idcirco confirmant.

194. *Sententia*, de qua supra pluribus fulcitur rationibus.
195. Quarum præcipua, quia inferior non potest *legem* dicere Superiori.
196. Quod pluribus comprobatur *authoritatibus*.

§. 72.

197. Et quæ ratio æquè procedit quoad ipsum Principem, ac quoad eius familiam, seù filios.
198. Isti enim, & Domini reputantur.
199. Vel certè non subditi *legibus* Populi.

§. 73.

200. Quamuis Parentibus Subditi dici valeant.
201. Adhuc discreti sunt à reliquo cætu Populi.
202. Quod probatur oraculo Diuino apud *D. Matth. cap.* 17. *circa finem*.
203. Filij Principum à Populo distinctam speciem constituunt.
204. Non sunt comprehensi passiuè in Vniuersitate.
205. Nec dicuntur de Castro, licet in eo sint.
206. Non subijciuntur foro Vniuersitatis.
207. Paria sunt forum non sortiri, & Statutis non ligari.

§. 74.

208. Id non nouum ad instar *Patritiorum*, & *Senatorum*, qui etiam in Republica Romana *Plebiscitis* non ligabantur.
209. Filij Principum præstantiores sunt *Patritijs*, & *Senatoribus*.

§. 75.

210. Profluit hæc exemptio à Causa necessaria coniunctionis.
211. Filij sunt enim vna caro cum Principe Patre.
212. Et dicuntur *Socij* Societate quasi æquali.

§. 76.

213. *Sententia* hæc tamquam tutior, & *authoritate*, & rationibus fulcita non sinit, vt Contradictores refellantur.

214. Et

§.77.

A §.77. ad 81. opportuna casuum distinctione, & reijciuntur, & conciliantur Aucthoritates, & Doctores qui in oppositam iuisse videntur opinionem.

214. Et tamen opportuna *Casuum* distinctione facta, prout hic, vel fauent assumpto, vel non officiunt.

215. *Primus casus de lege* lata ab ipso Principe, & concurrente eius voluntate filij quoque sub ea comprehenduntur.

216. De hac tamen voluntate constare debet per coniecturas stringentes, quæ vincant contrariam præsumptionem, quæ viget.

217. Quidquid dici posset de *legibus* vniuersalibus Regni, vel Prouinciæ.

218. Ideoque in casu *legis* localis voluntas Principis subijciendi debet esse magis aperta.

§.78.

219. Quod procedit etiam in casu, quando agitur de *Statuto* condito ab Vniuersitate carente Iurisdictione, & per Principem confirmato.

220. Et tunc etiam de voluntate Principis constare debet concludenter.

221. Quia in generali Sermone illi non comprehenduntur.

222. Nec etiam ex honestate tenetur Princeps seruare *Statuta*.

§.79.

223. *Secundus casus* si agatur de *Statuto* condito ab Vniuersitate statuendi facultate prædita.

224. Et tunc *Statutum* licet à Principe confirmatum, illius familiam non afficit.

225. Confirmatio dat robur quoad *Ius*, non quoad actum extensiuum.

§.80.

226. *Tertius Casus* quando Princeps vti vult *Statuto* per viam Priuilegij, quod facere valet.

§.81.

A §.81. ad 84. ostenditur defectus voluntatis, & tàm Statuentium, quàm cōfirmantium comprehendendi Familiam Principis Dominantis.

227. *Statutum* Parmen. nunquam de Principum filijs cogitauit.

228. Et sic tamquam non comprehensi expresse, confirmatio ad illos non extendit vim *Statuti*.

229. Etiamsi confirmatio esset in *forma specifica*.

230. Quæ validat *Statutum*, non autem illud ampliat ad Personas in eo non comprehensas.

231. Exemplo *Statuti* etiam Papalis, quod Clericos in eo non nominatos non afficit.

§.82.

232. Ostenditur defectus voluntatis in statuentibus comprehendendi Principem, & eius familiam.

233. Ex quo prima editio *Statutorum* Parmen. in statu Reipublicæ euenerit.

234. Ad-

234. Additiones factæ, dùm illis imperabat *Dux Mediolani*.
235. Qui propriam familiam illis subijcisse non præsumitur,
236. Et multo minùs id dicendum *de Pontifice* confirmante.
237. Et hoc ipsum *de Duce Petro Aloysio*, qui *Statuta* Parmæ dùm Placentiæ moraretur, confirmauit.
238. Spondens dùm *Parmæ esset* ea reuideri, si quæ reformatione indigerent,
239. eo magis dùm Principes Farnesij fixam Sedem Parmæ non habent,

§. 83.

240. Præmissa comprobantur opportuna distinctione inter *leges* totius Regni, vel Prouinciæ, *ac illas* alicuius Ciuitatis.
241. De *primis* disputatio, an ligent, secus ea cadere potest quoad *secundas*,

§. 84.

A §. 84. ad 86. ostēditur in dominio Ser. Ducis diuersas leges *vigere circa materiam successionum, quodque Principes, eiusque filij non potiùs Ciues, ac domiciliarij sunt vnius, ac vlterius Ciuitatis.*

242. In Dominio Serenissimæ Domus Farnesiæ non vna lex, sed diuersæ quoad Successiones.
143. *Placentiæ* regulantur ad terminos *Iuris commmunis*,
244. *Status Pallauicinus* diuersis regitur *legibus*,
145. Lex vnius Ciuitatis ad Ciuem alterius non protenditur,

§. 85.

246. Princeps est Ciuis totius Principatus, nec Serenissimi Principes Farnesij fixam habent Sedem potiùs *Parmæ*, quam *Placentiæ*.
247. Vnde non magis vnius, quam alterius Ciuitatis *Statutis* subiectio argui valet.
248. Filij Principis non à Natiuitate, sed à filiatione Domicilium acquirunt,
249. Ideoque non magis Parmenses, quam Placentini Subditi ac domiciliarij dici possunt.

§. 86.

A §. 86., ad 90., ostenditur, quod materia etiam non sit proportionata Familiæ, & Filiabus Principis, & quod alia in successionibus sit lex d. Familiæ alia Populi.

250. Defectus voluntatis statuentium, & confirmantium scatet etiam ab improportionabilitate *legum* Principi, eiusque familiæ non adaptabilium.
251. Referuntur nonnullæ *Rubricæ Statuti* hujus generis, quæ familiæ Principis disconueniunt.
252. Quod Maritus Vxori legare nequeat vltrà centum libras, Principi non conuenit.
253. Idem de Successione Ascendentis cum fratribus.
254. Idem quod filiæ Transuersalibus Masculis preferantur.
255. *Lex* priuatis familijs congrua, Principi, eiusque filijs non congruit.

156. Ideò

256. ideò alia *lex* familiæ Principis, *alia* Populi.
257. *Rubrica* ipsa de fœminis dotandis, earumque exclusione improportionatur fœminis Familiæ Principis.
258. Principum Matrimonia diuersam habent mensuram more Regionis non regulandam.
259. Ex hoc solum manifestam improportionem subijciendi filias Principis Statuto nouit Sacra Rota in dicta Balneoregien. *Summ. num.* 13. *litt. D.*, & *num.* 14. *litt. N*, & *X*.

§.87.

260. Concluditur, nos versari extrà terminos materiæ proportionatæ.

§.88.

261. Quæ eò magis excluditur, ex quo *Statutum* Parmen. agnationi non prospicit.
262. Et Principes alijs medijs conseruationi bonorum in Familia consulunt.
263. Idque ita practicarunt Serenissimi Principes Farnesij, & Fideicommissis, & renunciationibus reportatis à fœminis.

§.89.

264. Nec sufficit vtilitas, & proportio *legis municipij* ad subijciendum Principem, attento defectu potestatis in *Statuentibus*.

§.90.

X. PARS.
A §.90. *ad* 93. *ostenditur, exemptio Ser. Duc. Margaritæ* à Statuto *Parmen., attenta illius Ducali dignitate quam in Viduitate retinuit, & ex quo nupta fuerit extrà statum Parmen.*

265. Ex alio etiam capite Serenissima Ducissa Mutinæ *Statuto* Parmen. obnoxia esse non potuit, attenta eius Ducali dignitate in Dominio Paterno adhuc retenta.
266. Quemadmodum Serenissimus Dux Mutinæ ab eo exemptus erat.
267. Idem ita dicendum de Serenissima Ducissa Vxore.
268. Et quidem tàm constante, quam dissoluto Matrimonio.
269. Vidua donec viduitatem seruat in Matrimonio ipso stare dicitur.
270. Non obstante, quod Patrios repetat Lares, quia adhuc permanent reliquiæ maritales.
271. Est enim Priuilegium inhærens Personæ non loco in quo ea moretur.

§.91.

272. Quod magis procedit in *Serenissima Ducissa*, quæ ita permittente *Serenissimo Duce*, Ducalem gradum, & veluti *Aduena* seruauit in *Statibus Paternis*.
273. Custodia Heluetica Solis Principibus Supremis debita, in alienis Statibus habita.

274. Te-

274. Peculiaribus Ædibus retentis in omnibus Ducalibus Palatijs.

275. Frustrà idcircò quæritur de eius subiectione *Statuto Parmen.*

276. Etiam ex capite, quod nupta fuerit extrà Statum Parmensem, euanida est subiectio *d. Statuto.*

§.92.

277. Particularis Ciuitatis *Statutum* idcircò in applicabile; quidquid esset si ageretur de lege totius Regni, & Prouinciæ.

278. Proùt non desunt in alijs Regijs Familijs Europæ *leges* speciales normam præbentes successionibus.

XI. PARS. *Ab isto num. 279. vsque ad §.98. reijcitur motiuum prætensæ conformationis morientis ab intestato cum* Statuto, *quæ non subsistit, nec præsumitur.*

279. Quod si non vi auctoritatiua, nec minùs ex præsumibili conformatione subiectio erui potest *Statuto.*

§.93.

280. Reijcitur *Card. de Luca* loquens contrà *communem* super hoc puncto conformationis præsumptæ.

§. 94.

281. Talis conformatio in exempto decedente ab intestato non præsumitur.

282. Sed potiùs contraria se conformasse cum *Iure communi.*

§.95.

283. Imò nec in Subditis *Statuto* talis militat indistincta præsumptio se conformandi cum *Statuto.*

284. Nisi concurrant coniecturæ vndequaque vrgentes.

285. Quia *lex* defert, & regulat successiones, non sola voluntas præsumpta.

286. Deficientia Testamenti est actus negatiuus nihil ponens inesse, sed *lex* operatur.

§.96.

287. Quæ ideò distribuit Bona, prout *Iura* disponunt in locorum existentiæ, & ità *de Iure* seruatum etiàm in Statu Ecclesiastico antè *Constitutionem Innocentianam.*

§.97.

288. Quæ vti *lex* noua, & restricta ad Subditos immediatos, nec priores sententias *de Iure* substulit nec normam præbet exteris successionibus.

§.98.

Et à §. 98. ad 100. ostenditur inefficacia Statuti *etiam attenta qualitate tam Serenifs. Reginæ prætensæ exclusæ, quàm Serenifs. Ducis Regnantis,* Statuto ex-

289. *Statutum Parmen.* nec etiàm potest esse operatiuum attenta qualitate *Serenissimæ Reginæ Catholicæ*, illi non subiectæ, & quæ prætenditur exclusa, & attenta etiàm Persona *Serenissimi Ducis.*

290. Non attenta *primæ* natiuitate.

291. Quia attenditur tempus delatæ successionis.

292. Ne-

292. Nemo Clericus nascitur, & tamèn Clericatus superueniens illum reddit exemptum à *Statuto*.

293. Quod idem prædicatur de fœmina effecta Moniali.

294. Ideoque mos introductus præuentiuę renunciationis quoad ipsas.

§. 99.

295. Pari ratione cessat subiectio attenta Persona *Serenissimi Ducis*.

296. Præsumpta conformatio *Statuto* eò magis excluditur in *Serenissima Ducissa* stante eius repentino decessu.

297. Mors inopinata eo magis talem conformationem excludit.

298. Sed potiùs contraria adstipulatur stante, quod eius hæreditas peruentura erat ad *Serenissimum Ducem*.

299. In vita se ostendit alienam à subiectione *Statuti* eadem Serenissima Ducissa.

300. Conformatio etiàm excluditur attenta in hoc passu *Statuti* dubietate, & ambiguitate.

§. 100.

301. Refellitur asserta obseruantia, qua dicitur Serenissimos Principes Farnesios se *Statutis* subijcisse.

302. Quæ tamèn nec in facto subsistit, nec in *Iure* releuaret.

303. Obseruantia debet esse præcisa in casu, & rubrica *Statuti*, de qua agitur.

304. Quia tantùm habet de potentia, quantum de actu.

305. Et de vna parte *Rubricæ* non valet argumentum ad alteram.

§. 101.

306. Quod magis procedit quoad exemptos, & in terminis voluntariæ subiectionis.

307. Quæ in valente illis vti per modum Priuilegij non benè concluditur, ex quo aliquando illo vsus fuerit.

308. Id enim remanet in puris terminis facultatiuæ, quæ nec etiam aliquid operatur, nisi sit ad actum perducta in casu præciso.

§. 102.

309. Essent idcircò allegandi, & probandi casus indiuidui, & quidem plures successionum Principibus masculis delatarum exclusis *Serenissimis fœminis*.

310. Quod de Serenissimis Principibus Farnesijs nunquam accidit, quia vel decesserunt testati, vel eorum hæreditas, vtpotè damnosa nec à masculis, nec à fœminis adita fuit.

§. 103.

311. Refellitur quędam informis quoad hoc adducta fides nulla reflexione digna.

§. 104.

præ dubium non subiectorum, addito etiam obitu inopinato, & repentino Serenissimæ Ducissæ, qui eo magis prætensam conformationem Statuto *excludit.*

XII. PARS.

A §. 100. ad finem agitur de prætensa obseruantia Statuti, & ostenditur, illam in materia successionum non subsistere, & quo ad aliquos contractus eam non obstare, nec releuare.

A §. 103. ad 110. refellitur quædam

informis fides vnius Testis circà successiones assertas Sereniss. Princip. masculorum exclusis fœminis.

§. 104.

312. Non quia vnici Testis, & informis, sed quia allegati casus aliundè constarent ex diuisione, & alijs actibus.

313. Nuda non admissio fœminarum in successione non concludit, non docto de earum petitione, & exclusione passa.

§. 105.

314. Reicitur etiam d. Testis, quia insubsistentèr loquitur.

315. Serenissimus Princeps *Alexander* decessit testatus in Hispanijs.

316. Quod alij Serenissimi Principes mobilia reliquerint deponere non potuit Testis.

§. 106.

317. Serenissimus Princeps *Alexander* tempore obitus Serenissimi Principis *Petri* erat absens a Ciuitate Parmæ.

§. 107.

318. Mobilia, & argenta Serenissimis Principibus subministrantur *à Ducali Gaza*, ad quam post eorum obitum reuertuntur.

319. Bona *Paterna*, *& Materna* ipsi relinquere non potuerunt, quia Serenissima *Mater* superuixit, & Serenissimus *Pater* eosdem tacitauit in *assignamento*.

320. Mentionem, facit de sola Principissa *Maria Magdalena*, quando superstes fuit etiam Serenissima *Ducissa Mater* dd. Principum, cui etiam successio fuisset debita vtpotè *Statuto* non obnoxia.

§. 108.

321. Asserta obseruantia, quatenùs vi[illegible] subsisteret, siluisset præsens colluctatio.

322. Sed vti insubsistens probari nequit, & ex actibus aditionis, & diuisionis constaret.

323. Sed nullam reliquerunt dd. Principes hæreditatem, quæ esset diuidenda.

§. 109.

324. Ex abundanti ostenditur hæreditates prædictorum Principum potiùs debitis oberratas.

§. 110.

Ab isto §. 110. ad finem examinantur actus renunciationis Serenis. Principissæ Catharinæ, occasione monachationis, & Serenis. Principissæ Margharitæ, & M. C. Elisabeth occasione nuptiarum; nec-

325. In nihilo releuant renunciationes emissæ à Serenissimis fœminis, siuè occasione monachationis, siuè propter nuptias.

§. 111.

326. Expenditur actus renunciationis Serenissimæ Principissæ *Catharinæ* Monialis, & signantèr habilitatio, & derogatio obtenta à Serenissimo Duce.

327. Nulla in ea requirebatur solemnitas, & ideò id totum gestum ad cauthelam,

§. 112.

§. 112.

328. Quæ idcircò nullam inducere potuit obseruantiam.

329. Et eò magis, quia illa erat tunc ætate *minor*, & agebatur de donatione cuicumque facienda.

330. Vnde habilitatio referri debet ad obstaculum *Iuris communis*.

331. Et mentio *de Statutis* facta ad effectum tantùm resecandi quæstiones tam de facto, quàm *de iure*.

332. Et sufficit actum fuisse æquiuocum.

§. 113.

333. Et assertio obstaculi *Statutorum*, quatenùs officeret, esset confessio minoris absque solemnitatibus inefficax.

§. 114.

334. Geminæ habilitationes, & derogationes obtentæ à Serenissima Ducissa *Marghbarita*, & à Serenissima Principissa *Elisabeth* minùs obstant.

335. Vtpotè *dubitatiuè* tantum, & ad cauthelam obtentæ.

336. Et totum gestum ad maiorem cauthelam.

337. Non concludentes idcircò subiectionem.

§. 115.

338. Et percutientes etiam obstacula *iuris*, sunt æquiuocæ.

§. 116.

339. Ac ideò nihil concludentes de obseruantia *Statuti* etiam in contractibus.

340. Maximè dùm renunciationes emanarunt fauore Principum vti personarum priuatarum.

§. 117.

341. Nec inseruiunt ad effectum etiam interpretatiuum, quia ex actibus æquiuocis malè sumitur interpretatio.

§. 118.

342. Et quoad Serenissimam *Ducissam* vrgent alij actus in viduitate gesti difformes.

343. Ipsa de tempore derogationis petitæ erat maior ætate, & sic *Statutum* non obstabat.

344. *Statutum* in contractibus filiorumfamilias contentatur consensu Patris.

345. Vndè derogatio eo certiùs referenda ad alia obstacula *Iuris communis*.

§. 119.

346. In ipso actu petitę derogationis professa fuit se nolle subijcere *Statuto*.

§. 120.

347. In tribus, quos inijt, contractibus, tempore viduitatis nullas seruauit formalitates.

§. 121.

non derogationes obtentę pro maiori firmitate actuum, & ostenditur earum omnium apertissima inefficacia.

§. 121.

348. Quæ obſeruantia potiùs eſſet attendenda vti poſterior.


§. 122.

349. Sed veritas eſt, quod omnia geſta ſunt ad cauthelam, & pro adimendo vſu Statuti, quem facere poterant per viam Priuilegij.

350. In tanta actuum varietate etiam quoad contractus eò minùs allegabilis obſeruantia quoad punctum ſucceſsionum, de quibus nullus datur actus obſeruantiæ.

§. 123.

351. Concluditur *Statutum*, vel caſum non comprehendere, vel in eo omiſſum, vel illud non afficere *Sereniſſimam Familiam Principis*, & obſeruantiam deficere ex toto genere.



Parmen. Succeßionis.

Stantibus &c.

Dubium: *An, & cui debeatur Succeßio in casu &c.*

1. *Reu. Pater.* EXemplum omni ætate frequens de requisito à *Regibus*, *Supremisque Principibus* magistrali Iudicio *Sac. Rotæ Romanæ*, Tribunalium omnium Principis pro decidendis grauioribus controuersijs Forensibus inter eos subortis, iuxtà *Historica monumenta* diligenter collecta à modern. *Bernin. de Tribun. S. Rot. cap. 5. ferè per tot.* Nostris hisce diebus renouare cupientes *Serenissimi Principes, & Fratres Farnesij* celebrem inter ipsos excitatam quæstionem super Successione intestata *Margharitæ Sororis Consanguineæ*, dum vixit *Ducissæ Mutinæ* amica-

bili præuio Comprómiſſo cognoſcendam, & terminandam delegarunt *huic S. Supremo Auditorio*, vt non Fori Iurgijs, non pro ſuo quiſque voto, ſed ea, qua decet Inclytos Principes Fratres æquanimitate, alteruter ſub conſtantiſſimo tanti Tribunalis oraculo, quod ſibi *de Iure* debitum eſt, aſſequatur. Nos igitur, quibus Sors dedit munus, atque officium Defenſorum *Sereniſſimi Ducis Regnantis* pari ſtudio, & conformi vóto expoſituri momenta rationum eidem *Domino Duci* patrocinantium ſolito Forenſi ſtylo Sermonem ordimur à facti narratione, quæ breuiſſima eſt,

FACTI SPECIES.

1 Sereniſſima Margharita Sereniſſimo Duci Eſtenſi Nupta, & modico tempore eff cta Vidua Patrios Lares repetijt Duciſſæ Mutinæ Dignitate retenta, habitiſque inſtructis Domibus in toto Statu, repentino occubuit fato anno 1718. Superſtitibus Sacra Majeſtate Regina Catholica Nepte ex Fratre Germano, & Sereniſſimis Duce, & Principe Fratribus Conſanguineis.

1. *Margharita* filia *Ducis Raynutij*, & Iſabellæ Eſtenſis ſecundæ Coniugis, ſicque Soror vtrinque Coniuncta *Principi Odoardo* iam prædefuncto, Patri tamen *Sereniſſimæ Principiſſæ Eliſabeth Catholicæ Hiſpaniarum Reginæ*; à Genitore deſponſata fuit anno 1692. *clar. mem. Franciſco Eſtenſi Duci Mutinæ*, conſtituta Dote ſcut. 260. mil. certo modo partialiter ſoluta, Matrimonium hoc breuibus annis conſtans fuit, illudque ſine ſobole ſoluit immaturum fatum Ducis Sponſi, quo ſequuto, *Margharita* Patrios repetijt Lares, in figura tamen *Duciſſæ Viduæ Mutinenſis*, habentis propterea ſpecialem ſuam Cuſtodiam Militum Helueticorum, necnon particulares manſiones deſtinatas in *omnibus Ducalibus Palatijs Parmæ*, *Placentiæ*, *& Colurni*, quæ promiſcuè ad voluntatis libitum inhabitabat (licet in illo Parmæ diutiùs morata ſit) iuxta congruentiam Magnatitij, & Ducalis gradus, quo præfulgebat, vt ex Teſtibus informatis *Summario Num. primo*. In hac igitur repræſentantia toto tempore vitæ, iuſto titulo continuata, repentino morbo correpta, naturæ debitum ſoluit nullo condito Teſtamento *die* 17. *Iunij* 1718. in Arce Colurni, ad quam antecedenter ſe contulerat, vt *Summ. Num.* 2.

2 Hinc orta quæſtio ſuper pertinentia inteſtatæ Succeſſionis dictæ Duciſſæ, in qua potiora ſubſtinentur Iura Sacræ Maieſtatis Reginæ Catholicæ, cuius Renunciatarius eſt Sereniſſimus Dux.

Hoc verò ſtante obitu, cùm *Sereniſſimus Dux Regnans*, vti Ceſſionarius, & Renunciatarius *Sac. Maieſtatis Catholicæ Reginæ Hiſpaniarum*, quæ, vt dicebamus, *Neptis* eſt defunctæ *Margharitæ* ex Fratre vtrinque coniuncto, vniuerſam hæreditatem ſuam aſſeruerit ex *Iuris communis* præſcripto. E contrariò autem *Sereniſſimus Princeps Antonius* ſub præſidio *Statuti Parmenſis* authumauerit eandem hæreditatem æquo Iure diuidendam eſſe, *inter ipſum*, & Sereniſſimum *D. Ducem Fratrem*, poſthabita in totum *Regina Catholica* quaſi fœmina in maſculorum concurſu *à Statuto Parmenſi* excluſa. Nobilis hæc quæſtio, quæ à celebrioribus noſtri Æui *Iuriſconſultis* ab vtraque Parte adhibitis, conſopiri nequiuit, Cæſaream modò

S. Rotæ

S. Rotæ decisionem expectat sub præinserto *Dubio*, cui rescribendum confidimus: *Successionem integram deberi Serenissimæ Reginæ, & Serenissimo Duci eius Renunciatario*: nostram siquidem spem, & nostras itidem preces confouent immota *Iuris* principia, quæ nullis queunt declinari, vel decolorari oppositionibus.

3. Nemo reuocabit in dubium, quod perspecta *legum Imperialium* Censura tota successio debetur *Serenissimæ Reginæ Catholicæ Nepti* defunctæ *Margharitæ* ex Principe *Odoardo Fratre* vtrinque coniuncto. Sicuti enim si *Princeps* iste in die facti casus superuixisset, totam vindicasset hæreditatem sine vlla participatione Fratrum Consanguineorum, quos *Germanus* superat ad *Text.* rotundos *in leg. Quæcumque* 4. *C. de Bon. quæ liber.*, *in leg. Sancimus* 11. *C. commun. de Success. Auth. multis vndique de Consanguin., & Vterin. Fratr., Auth. cessante, & Auth. post Fratres C. de legit. hæred., Auth. Itaque dict. tit. C. commun. de Success., & in Auth. de hæred. ab intestat. venien. §. Si igitur il* 2. *Nouell.* 118., & firmant sine contradictore *Alexand. cons.* 5. *num.* 3. *vers. breuiter lib.* 6., *Soccin. Iun. cons.* 50. *num. primo vol.* 4., *Mart. de Success. legal. tom. primo part.* 3 *quæst.* 4. *art.* 2. *num. primo*, *Crass.* §. *Successio quæst.* 31. *num. primo*, *Tiraquell. de Primog. quæst.* 40. *n.* 28., *& seqq.*, *Arnold. Vin. super Instit. lib.* 3. *tit.* 5. *de Success. lateral. n. final.*, *Rota coram Caualer. decis.* 50. *num. primo*, *coram Cels. dec.* 46. *num.* 7., *coram Iacob. Emer. decis.* 581. *num. primo*, *in Reatina Manutentionis, seù Fideicommissi* 31. *Martij* 1702. §. *Adstipulatur coram Eminentissimo Scotto, & in Ariminen. Successionis* 16. *Ianuarij* 1708. §. *Sublata coram Reuerendissimo Aldrouando*, *in Fauentina Successionis* 21. *Martij* 1709. §. *Ratio coram Eodem, & in Romana Primogenituræ de Capizucchis* 15. *Martij* 1720. §. *Nullatenus, &* 7. *Iunij eiusdem anni* §. *Versamur in fine coram Reuerendissimo Domino meo Decano*; Ità eadem Prærogatiua Successoria competit filiæ subintranti in gradum, & locum Paternum, & pari Iure vincentem dd. Fratres, vno tantum latere coniunctos, vt colligimus ab alijs *Text.* æquè claris *in* §. *Cum filius institut. de hæred., quæ ab intest. defer., & in* §. *Si igitur Defunctus neque Descendentes eodem titulo*, *Auth. vt Fratrum filij in princip., & in* §. *Reliquum vers. huiusmodi de hæred. ab intestat. venien.*, *Auth. post Fratres, & Auth. Cessante C. de legit. hæred.*, quos in proposito expendunt *Bald. cons.* 99. *super primo quæsit. in princip. lib.* 4., *Aretin. cons.* 6. *col. vltim.*, *& cons.* 264. *col.* 5., *Soccin. Sen. cons.* 264. *col.* 7. *vers.* 3. *lib.* 2., *Petr. Vbald. de Success. intestat. part.* 3. *num.* 30., *Marescott. var. resol. lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 7., *Cyriac. contr. for.* 417. *num.* 5., *Crass.* §. *Successio d. quæst.* 31. *num.*

3 Iure repræsentationis Serenissimi Odoardi Patris Serenissimæ Reginæ, & Fratris vtrinque Coniuncti Defunctæ Ducissæ, illa de Iure præfertur Serenissimis Patruis Consanguineis tantùm.

num. primo, *Gratian. discept. for. cap.861. num.16.*, *Merlin. de legit. lib.3. tit. primo quæst.17. num. 24. vers. infertur propterea*, *Tiraquell. de Primog. quæst. 40. num. 28.*, *& seqq.*, *Surd. decis. 239. num. primo*, *Rota coram Priolo decis. 355. num.4.*, *in Recent. decis.94. nu.4.*, *& decis.147. nu.7.par.19.*, *in Romana*, *seù Firmana Successionis 10. Decembris 1698. §. Circa coram bon. mem. Ansaldo*, *& in Æsina Fideicommissi 14. Martij 1718. §. Quod autem coram Illustrissimo D: Falconerio*. Porro Ius hoc ex amplissima renunciatione transfusum dicitur in Serenissimum Ducem Renunciatarium, illud propterea optimo titulo ex Persona Renunciantis ad exercitium deducens, pro effectu, de quo agitur, sicuti notant in specie *Bald. in leg. Emptor. num. primo C. de hæred.*, *vel act.vendit.*, *Becc. cons.105. num.17.*, *Surd. cons.22. n.16.*, *Rota post Torr. de pact. futur. Success. decis. 145. num. 4.*, *coram Emer. Iun. decis.1323. num.3.*, *in Romana*, *seù Ciuitatis Plebis Pecuniaria 3. Iunij 1715. §. Quo verò coram bo: me: Ansaldo*, *& in Romana Saluiani 19. Aprilis 1717. §. Suppositis cor. Reuerendiss. Lancetta*.

4 Eiusq; Iura in Ser. Ducem transfusa per renunciationem, vindicat, & iure optimo promouet idem Ser. Lux.

4. Totam igitur in Causa, alioquin clarissima difficultatem ingerere potest *Statutum Parmen. lib. 2. sub rubrica de Success. ab intest. fol.85.* quod postquam de filiabus dotandis egerat in Superiori rubrica, vt *Summario Num.3.*, transitum faciendo ad Successiones in linea transuersali, sequentibus disponit verbis = *Statutum*, *& ordinatum est quod mortuo aliquo, vel aliquibus ab intestato, vel sine Testamento, ex quo, vel quibus, filij, vel filiæ, vel alij Descendentes legitimi*, *& naturales non Superfint*, *& qui sint de Caxali Defuncti, talibus sic defunctis, succedere debeant Fratres vtrinque coniuncti, & ex altero Parente tantum, si ad sint, & qui sint de Caxali Defuncti, & Nepotes ex Fratribus de Caxali ut supra, vna cum prædictis Fratribus coniunctim in stirpem, non autem ordine successiuo, exclusis Sororibus Defuncti, & alijs fœminis*, QVÆ ALIAS DE IVRE COMMVNI SVCCEDERENT PARITER CVM PRÆDICTIS MASCVLIS *si dotatæ fuerint &c.*, & prout latiùs ex integra *rubrica*, quę datur *Summ. Num.4.*

5 Et quidem non obstante Statutaria dispositione, quæ hic refertur.

5. Intrepidè tamen dicimus, sectando verba memorati *Statuti* in capite exclusiuo, quod illud ademit quidem Sororibus, & Neptibus *beneficium consuccessionis cum prædictis Masculis*, hoc est *Fratribus*, *& Nepotibus* mentionatis in capite inclusiuo, si & quatenùs illud competeret ex æqualitate gradus secundum *leges Ciuiles*, *& Successorias*, at nequaquam priuauit, aut priuare intellexit easdem *Sorores*, *& Neptes* alio diuerso, & maiori Priuilegio prælationis ipsis debito *ex duplicitate vinculi*, dato Concursu cum *Fratribus ab vno tantum latere*, quod præ-

6 Statutum excludit in concursu Fratrum, & Nepotum Sorores, & Neptes cum primis consuccessuras de Iure, non eas, quæ defuncto essent successuræ prælatiuè ad masculos ex duplicitate vinculi.

præseruauit potiùs beneficio *dd. Sororũ, & Neptum* vnde cum casus noster non sit *de Sorore, vel Nepte* ob gradus æqualitatem *consuccedente* cum Fratribus, aut Nepotibus, sed *de Nepte ex Fratre vtrinque coniuncto*, eiusque gradum repræsentante, quę in hæreditate *Amitæ* non consuccedit cum *Fratribus Consanguineis*, sed illos superat, vincit, & quasi extraneos reddit: Iustè propterea concludimus, quod nostra quæstio, aut versatur in casu *à Statuto* præseruato, ad quem propterea contra explicitam Statuentium mentem exclusio protendi non valet, vt inquit *Bald. in cap. 1. num. 13. de Capitan. qui cur. vend.*, *Aym. conf. 685. num. 8.*, *Angel. conf. 290. num. 5.*, *Surd. conf. 416. nu. 10.*, *Vermigliol. conf. 476. nu. 4.*, *Rota post Torr. de pact. futur. Success. decis. 67. num. 17.*, *& cor. Cels. decis. 367. num. 18.*, vel saltem versatur in casu diuersissimo ab illo, quem ijdem *Statuentes* figurarunt, ad quem pari modo censura *Statuti* non aliter trahi posset, quàm per violentam, & violentissimam extensionem, quæ *in Statutis* correctorijs prohibita est etiam ex identitate, vel maioritate rationis per hypotesim figurabili ad communem Sententiam, quam probant vno ore *Ruin. conf. 43. num. 9. vol. 3.*, *Crauett. conf. 173. n. 4.*, *Aretin. conf. 27. sub num. 2., & 3.*, *Soccin. Sen. conf. 3. sub num. 19. lib. 2.*, *Giouagnon. conf. 66. num. 22., & seqq.*, *Andreoli contr. 138. num. 6.*, *Altograd. lan. contr. 30. num. 19.*, *Concioli alleg. Ciuil. 71. num. 25. 26., & 28.*, *Palm. Nep. alleg. 89. num. 4., & 5.*, *Gobb. consult. decis. 84. num. 23., & 24.*, *Mart. Medic. decis. Senen. 78. ex num. 17.*, *bon. mem. Ansaldo in Addit. ad eius decis. 12. nu. 37. 38., & seqq.*, *in recent. decis. 357. ex num. 4. cum seqq. part. 14.*, *decis. 112. num. 12., & 13. part. 17.*, *& decis. 68. ex num. 5., & ex num. 11. cum seqq. part. 19.*

Quam vel Statutum præseruauit. 7

Vel omisit tamquam implicantem casum diuersum à Statuto dispositum, cuius extensio fieri nequit. 8

6. Diximus *per hypothesim figurabili*, quia sola ratio agnatitia in *Statuto* expressa est illa, quæ in aliquibus casibus, & pro certis signatis effectibus reddere potest *Statuta* exclusiua fœminarum taliter qualiter fauorabilia, & sic capacia benignè interpretationis, vt apposite discurrunt *Corn. conf. 340. num. 3. vers. Si enim lib. 2.*, *Bursatt. conf. 93. sub num. 7.*, *Gabriell. conf. 14. num. 13. lib. 1.*, *Cyriac. controu. 476. num. 6., & 7.*, *Pigant. ad Statut. Ferrar. Rubr. 134. num. 1., & 2.*, *Zaul. ad Statut. Fauent. lib. 3. rubr. 27. num. 1., & seqq. tom. 1.*, *Constantin. ad Statut. Vrb. annot. 39. art. 1. num. 10. cum seqq.*, *Rota coràm Merlin. dec. 353. num. 5., & 6. coràm Pamphil. decis. 15. num. 5., & ibi Adden. num. 6., & 7. in Recen. dec. 438. num. 48., & 49., & num. 90., & 101. tom. 2. dec. 342. num. 7. par. 12.*, cum alijs *in Fulginaten. Successionis 2. Martij 1718. §. Non igitur coram Illustrissimo Domino meo Falconerio*; Ve-

Sola agnationis ratio expressa in Statutis aliquando illa ampliare solet. 9

 rùm

10 Quę tamen ratio deficit inStatutoParmensi.

11 Et quidem tam in littera in qua de ea nullum verbum.

rùm enim verò præfatus Agnationis fauor, qui vnicè aptitudinem habet pro mulcenda correctorietate *dd. Statutorum* excludentium nullo pacto contemplatus fuit à *nostro Parmensi*, sed illi omnimodè incongruit. *In littera* siquidem, nec vnum habemus verbum de Voto agnatitio, quando nil frequentiùs in *Statutis* explicitè agnationem contemplantibus, vt testantur *Gozzadin. cons.* 103. *num.* 19. *vers. Præterea*, *Riminald. Iun. cons.* 497. *num.* 32., *& seqq.*, *& num.* 63., *&* 64., *Tob. Non. cons.* 15. *num.* 7., *&* 8., *& cons.* 16. *num.* 11., *&* 15., *Decian. cons.* 1. *num.* 175., *&* 176. *lib.* 2., *Honded. cons.* 8. *à num.* 53. *ad plur. seqq.*, *& cons.* 12. *num.* 17., 18., *&* 20. *lib.* 2., *Altograd. cons.* 64. *num.* 20. *lib.* 1., *& cons.* 61. *num.* 27., *&* 28. *lib.* 2., *Gabriell. de Statut. conclus.* 6. *num.* 4., 5., *&* 7. *vers. Tenendo tamen*, *Ançaran. Iun. famil. Iur. quæst. lib.* 2. *quæst.* 66. *num.* 11. *cum tribus seqq.* egregiè bo: mem: *Ansald. in addit. ad decis.* 12. *num.* 52.

12 Quàm in Spiritu ex quo posthabitis Patruis filiæ Defuncti aliæque Fœminę Descendentes admittantur.

7. In spiritu verò quæcumque Agnationis ratio destructa manet ea inuincibili ponderatione, quod idem *Statutum* non priùs vocat ad Successionem fratres Defuncti, quàm deficientibus *filiabus*, *& vlterioribus Descendentibus*, quæ proptereà hæreditatem irreuocabilitèr acquirunt posthabitis *Agnatis*, & primi quidem gradus in Transuersalibus; Hoc autem est de diametro destructiuum voti Agnatitij, & cum illo dicitur à toto genere incompatibile ad Constantissimam, quam firmant propositionem *Assolin. resol.* 120. *num.* 44., *Mans. consult.* 199. *num.* 22., *Card. de Luca de Fideicomm. disc.* 24. *num.* 18., *Torr. de maiorat. par.* 1. *cap.* 38. *num.* 511., *Rota decis.* 194. *num.* 7. *par.* 14. penès *Balduc. ad Ramon. decis.* 22. *num.* 18. *tom.* 4., *in Perusina Fideicommissi* 20. *Februarij* 1713. §. *Quàm longè coram Illustrissimo Domino meo Falconerio*, *& in Reatina Primogenituræ de Nobilibus* 19. *Iunij* 1719. §. 8. *coram Reuerendissimo Crispo*, & in puncto *Statuti* optimè *Rota in Auximana Immissionis coram bonæ memoriæ Vrsino, de qua in Mantiss. tom.* 2. *lib.* 11. *dec.* 34. *num.* 7., ibi: *Fortiùs præualet hic sensus in themate, quia ex cæteris Statuti partibus eruitur illud agnationi minimè prospicere, & inter cætera efficacissima est animaduersio Statutum coæquum admittere ad Successionem Paternam filios, filiasque &c. hoc autem de diametro repugnat Contemplationi Agnationis*; Perpenso signantèr, quod dd. filiæ aliæque Descendentes à *Statuto*, *Patruis* antepositæ nullum habent onus restituendi Successionem eisdem *Patruis*, alijsue *Agnatis*, vndè illam perpetuò acquirunt, & transmittunt ad suos filios, & Descendentes de *linea Cognatitia*, Quamobrem si idem *Statutum* contemptis Agnatis *fœminas* positiuè, & Cognatos permissiuè saltem prætulit, nil clariùs desiderari valet in euiden-

13 Et quidem perpetuò, & absque onere restituendi Agnatis.

tissi-

tissimam exclusionem præfati voti Agnatitij, vt egregiè prose-quuntur *Crauett. cons.*250. *num.*2., *Gabriell. cons.*100. *nu.*35. *lib.*1., *Giouagnon. cons.*82. *num.*162. *lib.*1.,*Constantin. ad Statutum Vrb. annot.*39.*art.*1. *num.*41.,*Rota decis.*529. *num.*19., ibi = *Cessat qualibèt eius consideratio*, *cui* (scilicèt Agnationi) *non dicitur prospectum*, *quando ab initio fuit instituta fæmina*, *ex qua euenire potest*, *vt bona transeant ad extraneos adhùc existentibus Agnatis*, *par.*18.,*&* *dec.*68. *num.*14. *par.*19. *Recent.*; Non prætereundo rursùs, quod in omnibus illis casibus quibus fœminas collaterales, vel coæqualis, vel Superioris gradus postposuit Masculis, voluit eas esse in præiudicium masculorum prouisas ab illa, à qua excludebantur hæreditate, cuius communem fecit *vsumfructum* fœminis viduis, & masculorum contubernalibus; discedentibus verò fœminis à Masculorum conuictu, dedit illis medietatem vsusfructus eiusdem hæreditatis, quæ ad ipsas de *Iure communi* spectasset *dicto Summario Num.*4. *litt. F.*, *&* *G.*; Tantus verò fœminarum fauor notabile masculis impendium afferens, nec minimam habet congruentiam cum voto agnatitio per ea, quæ tradunt *Bald. in leg.*1. *num.*4. *vers. Modò accedit Cod. de legit. hæred.*,*Criuel. dec.*120. *num.*25.,alijque adducti à *Rota in Fulginaten. Successionis*, *&* *Dotium super hæreditate Materna* 19. *Iunij* 1705. §. *Quodque re vera coram Rmo Lancetta*, *&* *in Camerinen. Successionis* 13. *Iunij* 1710. §. *Quia idem supra coram bon: mem: Kaunitz.*

14 Quod excludit Votum Agnationis.

15 Sororibus ipsis insuper vltra dotem Statutum defert vsumfructum in portione hæreditatis, quem ideircò eis cùm fratribus communem fecit.

8. Nullum ergò iustum agnationis colorem præseferrè possunt, aut verba proemialia Statuti directa ad *proximiores masculos de Caxali Defuncti*, aut dispositiones particulares eiusdem *RVBRICÆ* partim anteponentes fratres, & Nepotes Sororibus, & Neptibus *de Iure* cum illis consuccedentibus, partim verò inuitantes vlteriores Transuersales vsque ad tertium gradum *de Iure Canonico* exclusis fœminis tàm consuccessuris, quàm præferendis. Nemò enim non scit quantũ differat respectus qualis qualis masculorum à contemplatione stricta, & rigorosa Agnationis, ad quam d. argumentum non currit iuxtà notata per *Hodiern. controu. for. cap.*11. *num.*34., *&* 35., *Cosanat. cons.*4. *num.*232., *Thesaur. quæst. for. lib.*2. *quæst.*12. *num.*6., *Palm. alleg.*216. *num.*21., *Rota coràm Benincasa dec.*334. *num.*14. *in Recen. dec.*667. *num.*10. *par.*2., *&* *decis.*779. *num.*20., *&* 21. *par.*6., *in Bononien. Fideicommissi Annibalis de Acelphantutijs* 25. *Iunij* 1708. §. *Ad hoc autem coràm bonæ memoriæ Ansaldo*, *&* *in Fauentina Fideicommissi de Tarronis* 10 *Maij* 1715. §. *Agnatio autèm coràm Eminentissimo Scotto.* Cùm igitur demonstrationibus reuera insuperabilibus probatum fuerit Parmenses nequaquam de Agnatione sollicitos pre-

16 Talis qualis masculorum favor à Statuto dispositus in concursu fœminarum valdè differt à contemplatione præcisa Agnationis.

tulisse *fœminas Descendentes* masculis *Agnatis*, & tolerasse hæreditatis transitum à dd. fœminis ad Cognatos, non curato præiudicio *Patruorum*, & sic agnatorum coæqualis gradus, consequens est, quod dicta prælatio in diuersis alijs casibus masculis supra fœminas concessa redolet quidem aliqualem masculorum fauorem, vel respicit alium finem, vt doctè ratiocinatur *Redenasch. cons.40. per tot.*, at non votum agnatitium cum cæteris dispositionibus incompatibile, vt in debilioribus etiam Circumstantijs concludunt *Crauett. cons.250. num.2.*, *Menoch. cons.532. num.10.*, *idem Redenasch. d. cons.40.*, *Brun. super Statut. exclus. fœmin. art.12. num.15.*, *Mart. Medic. decis. Senen. examinat.78. num.22.*, & *23.*, *Maritan. disp. for. lib.1. disp.5. num.13. cum seqq.*, *Mart. de Success. legal. par.2. quæst.6. art.2. num.5. bonæ mem: Ansald. in addit. ad decis.12. num.46.*

17 Prælatio erga masculos in certis casibus, non inducit votum Agnationis.

18 Vel certè non inducit illud votum operatiuũ extensionis Statuti.

9. Quod tamen *votum* si à dicta repetita contemplatione, & prælatione masculorum aliquo modo adstrui posset, nunquam esset illud *votum agnatitium absolutum*, & *generale*, quod vtpotè sub se eminentèr continens quoscumque casus, illos vi compræhensiua capit sinè necessitate odiosæ prohibitæ extensionis, quemadmodùm accuratè explicant *Gabriell. cons.14. num.14. 33.*, & *39. lib.1.*, *Bursat. cons.302. num.1.*, & *seqq. lib.3.*, *Mons. consult.397. num.45.*, *Constantin. ad Statut. Vrb. annot.39. art.1. num.29.*, *Rota dec.196. num.2.*, & *decis.351. num.10. cor. Dunoz. Iun. in Rec. dec.447. nu.5.*, & *seqq. par.5. dec.115. num.17. par.8. dec.94. num.17. par.17.*; Sed ad summum diceretur votum agnatitium restrictum, & limitatum ad certos casus, signatasque Personas quod ad casus difformes, & ad personas diuersas Statuti Censuram minimè ampliat, iuxtà magistralem distinctionem, quam exornant *Hondcd. cons.8. num.12. cum seqq. lib.1. cons.2. num.18.*, & *54.*, & *cons.12. num.17.*, & *20. lib.2.*, *Decian. cons.1. num.176. vers. Sed etiam dato*, & *à num.187. cum duobus seqq.*, *Menoch. consil.82. num.142. vol.1.*, *Altograd. Sen. cons.64. num.22. lib.1.*, & *latiùs cons.48. num.13.*, *14.*, & *16.*, & *nu.18.*, & *19. lib.2.*, *Andreol. contr.138. num.5.*, *Conciol. alleg.70. nu.22.*, & *seq.*, *Palm. Nep. alleg.150. num.18.*, & *49.*, *Constantin. ad Statut. Vrb. annot.39. art.1. num.22.*, & *23. bonæ memoriæ Ansald. in annot. ad dec.12. n.58.*, *Rota post Torr. de pact. futur. Success. dec.4. n.11. in Rec. dec.388. n.19.*, & *30. par.5. dec.110. n.15. p.7. dec.183. n.25. par.8. dec.301. num.1.*, & *2. par.16.*, & *dec.360. num.23. par.17.*; Tantò certiùs in subiecta hypothesi quadrantèm, quia Statuta Parmensi à speciali Rubrica cauerunt intelligentiam eorundem Statutorum *ad litteram*, & *prout sonant*, & *iacent Summ. Num.5.*, & notat *Succ. Parmen. in suis* Re-

19 Sed Votum restrictum, & limitatum ad certos Casus, & certas signatas Personas, ad diuersas minimè extendibile.

20 Et eo certiùs cum Statuta Parmæ ad litterã intelligenda sint.

Respons. infrà allegandus, quæ Statutaria prouisio extensioni de casu ad casum difformem diametraliter resistit, vt considerant *Altograd. Iun. contr.* 48. *num.* 70., *Bonden. collect. legal.* 35. *nu.* 62., *& seqq. lib.* 2., *Mart. de Success. par.* 4. *quæst.* 31. *art.* 2. *num.* 13., *&* 14., *Mans. consult.* 397. *num.* 32., *Mart. Medic. dec. Senen.* 78. *num.* 14., *&* 15. *bo: mem: Ansald. in addit. ad decis.* 12. *num.* 52.

21 Quod ideircò omnem extensionem eo certiùs vetat de casu ad casum

10. Redeundo modò vndè digressi sumus, palam est *in littera*, quod Statutum excludit solummodo Sorores, & Neptes cum Fratribus, & Nepotibus *de Iure* consuccedentes, nam verba illa qualificatiua fæminarum exclusarum = *exclusis Sororibus*, *& alijs fæminis*, *QVÆ ALIAS DE IVRE COMMVNI SVCCEDERENT PARITER CVM PRÆDICTIS MASCVLIS* = designant ad euidentiam simultaneam *de Iure* consuccessionem masculorum, & fæminarum. Quandoquidem *succedere pariter cum prædictis masculis* idem est ac *consuccedere*, attenta importantia vtriusque dictionis = *pariter*, *& cum prædictis masculis*, de quibus ad rem nostram tractant *Honded. cons.* 2. *num.* 17. *lib.* 1. *Palm. Sen. cons.* 50. *num.* 1., *&* 8. *Cephal. cons.* 220. *num.* 19. *Fusar. cons.* 4. *num.* 3. *cum seqq. & num.* 20. *De Præt. de interpret. vltim. volunt. fol.* 148. *numero* 94. *Fusar. de substit. quæst.* 477. *num.* 41. *Mans. consult.* 81. *num.* 10., *&* 11. *cum seqq. Rota post d. cons.* 4. *Fusar. num.* 21., & melius probat *eadem rubrica Statuti*, quæ in capite inclusiuo masculorum non semel adhibuit dictionem *cum*, & *vna cum* pro designanda consuccessione ibi = *& Nepotes ex fratribus de Caxali vt supra vna cum prædictis masculis*, & paulò infrà = *Ascendentes admittantur vna cum prædictis fratribus*, *& Nepotibus* = *dicto Summario num.* 4. *litt. C.*, *& D.*, vndè ab intelligentia, quam ipsamet Statuti rubrica perhibet recedere fas non est, ad *principia notissima*.

22 Ostenditur, quod in littera Statutum voicè exclusis Sorores, vel Neptes consuccessuras.

23 Attentis verbis, quæ alias de Iure communi succederent cum masculis.

24 Quæ important consuccessionem.

25 Quæ optimè etiam resultat ex repetitis dictionibus — *Vna cum.*

11. Frustraque dubitaretur an dicta *verba statutaria* sumenda sint in sensu simpliciter *demonstratiuo*, vel potiùs rigorosè *taxatiuo* exclusionis volitæ in d. tantum casu *consuccessionis Sororum*, *& Neptum* cum Fratribus, & Nepotibus excludentibus, contextus siquidem designat certam qualitatem desideratam in fæminis excludendis = *exclusis Sororibus*, *& alijs fæminis*, *QVÆ ALIAS DE IVRE COMMVNI SVCCEDERENT PARITER CVM PRÆDICTIS MASCVLIS*, & hoc obtentu *Statutum* adhibuit adiectiuum, *quæ* relatum ad dictas fæminas, quod earundem qualificatiuum dicitur iuxta mentem, & intentionem Statuentium *Cravett. cons.* 426. *num.* 15., *& cons.* 472. *num.* 6. *Honded. cons.* 63. *num.* 44. *lib.* 1. *Rota decis.* 671. *num.* 7. *coram Pamphil.* optimè *Torr. de Primog.*, *& Maior. Ital. part.* 2. *quæst.* 46. *num.* 25. *fol.*

26 Quam non *exemplificatiuè*, sed *taxatiuè*, & qualificatiuè Statutum expressit.

27 Quia Statutum adijcit fæminis d. consuccessionem per modum qualitatis.

28 Quæ in Statutis per speciem qualitatis ex-

primuntur non demonstratiuè, sed taxatiuè expressa dicuntur.

fol. mihi 318. Quæ autem in Statutis exprimuntur per speciem qualitatis alium sensum non habent, quam taxatiuum, imò redolent conditionem, qua verificata *Statutum* locum sibi vindicat, & è conuersò cessat *lex Statuti* eadem conditione non positâ, vel contraria adapertâ, vt notant *Surd. conf.* 129. *num.* 36. *& conf.* 143. *num.* 44. *lib.* 1. *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.* 3. *tit.* 17. *num.* 1., *&* 2., & magis in specie respondit *Rota coram Royas decis.* 418. *num.* 4., *& post Torr. de pact. futur. success. decis.* 4. *num.* 13., cui equidem verissimæ propositioni obsecundat alia, qua admonemur illos dici comprehensos in *Statuto*, quibus *Statuti* qualitates conueniunt, ex opposito autem censeri exemptos alios, quibus eædem qualitates minimè congruunt *Dec. conf.* 49. *num.* 2. *Gozzadin. conf.* 35. *num.* 16. *Grat. conf.* 122. *num.* 6. *lib.* 1. *Honded. conf.* 1. *sub num.* 16. *vers. quod procedit cum sequen. & conf.* 8. *num.* 12. *Mart. Medic. examinat.* 44. *num.* 36., *de success. legal. part.* 4. *quæst.* 2. *art.* 4. *n.* 14. *Conciol. allegat.* 70. *n.* 33. *Mans. consult.* 468. *num.* 13.; *& consult.* 481. *num.* 2. *cum seqq. Torr. de Maiorat. par.* 2. *quæst.* 46. *num.* 16. *cum duobus seqq. Tartagl. de reseruat. Statut. art.* 20. *num.* 51. *Rota decis.* 385. *num.* 1. *vers. vnde cum in hoc casu par.* 4. *diuersor.*, *in recen. decis.* 116. *num.* 6. *par.* 5. *& dec.* 110. *num.* 16. *par.* 7.

29 Imò importans conditionem, quâ non concurrente, cessat lex Statuti.

30 Et non censentur comprehensi, quibus Statuti qualitates non conueniunt.

31 Argumento à contrario sensu in Statutis valido Sorores, vel Nepotes præferendæ de Iure in parte exclusiua Statuti non comprehenduntur.

12. Si autem *Statutum* in sensu taxatiuo, dixit, quod excludebat *Sorores*, *& Neptes* cum Fratribus, & Nepotibus *de Iure* consuccessuras. Ergo *Sorores*, *& Neptes* non consuccessuræ, sed *de Iure* præferendæ dictis Fratribus, dictisque Nepotibus *Statuti* censuram non subeunt, sed ab illa exemptæ sunt, argumento ducto à contrario sensu, quod in verbis *Legum* tàm *communium*, quàm *municipalium* indubitanter recipitur per *Ruin. conf.* 153. *num.* 13. *lib.* 1. *Alexand. conf.* 95. *num.* 4., *& seqq. vers. non obstant lib.* 4., *& conf.* 142. *num.* 2., *&* 3. *lib.* 6. *Gabriell. conf.* 16. *num.* 3. *lib.* 1. *Peregrin. conf.* 144. *numero* 5. *vol.* 5. *Hond.ed. conf.* 16. *num.* 60. *tom.* 1., *& conf.* 16. *num.* 12. *tom.* 2. *Altograd. conf.* 20. *num.* 13. *lib.* 2. *Bonden. collect. legal.* 25. *num.* 98., *&* 99. *Rota coram Buratt. decis.* 116. *num.* 7. *ibique Adden. litt. D. coram Cerr. decis.* 522. *num.* 4.

32 Idque magis clarè connotat progressus Statuti in vocatione alterâ Transuersalium.

33 In quorum concursu excluduntur aliæ fæ-

13. At in re clara incassum vtimur ratiocinijs pro stabilienda exclusione *Sororum*, *& Neptum consuccedentium taxatiuè* concepta, dum verba ipsa, & mens Statuentium eam apertissimè præseferunt. Postquam enim *Statutum* exclusit *Sorores*, *& fœminas*, quæ cum Fratribus, & Nepotibus *consuccederent*, vt dicebamus, transeundo immediatè ad casum non existentiæ Fratrum, nec Nepotum vocauit Transuersales masculos in tertio gradu constitutos repetita exclusione fœminarum cum prædicta tamen qualitate consuccessionis ibi: *exclusis similiter fæ-*

fæminis, quæ de Iure communi succederent cum ipsis Transuersalibus, qua repetitione non contentum, adiecit statim, & consultò dictionem vt *supra dictum est*, reflectentem ad exclusionem Sororum, & Neptum, vt ostenderet eius mentis fuisse istas excludere sub dicta qualitate consuccessionis, hæc enim est indoles, & natura illius repetitionis *Tusch. litt.V. conclus.* 258, *per tot, Magon. decis. Florent.* 37. *num.* 36, *Gratian. discept. forens. cap.* 575. *num.* 26. *Altograd. cons.* 6, *num.* 5. *lib.* 1., cum alijs adductis penes *Mantiss. lib.* 10. *dec.* 64. *n.* 23. *tom.* 3.

minæ cum ipsis de Iure consuccessuræ adiecta dictione vt supra dictum erat de Sororibus, & Neptibus.

34
Quæ dictio est repetitiua eiusdē qualitatis.

14. Et quod nullum relinquit dubitandi locum super hac *taxatiua* exclusione Sororum, & Neptum sub dicta qualitate consuccessionis illud esse, animaduertimus, quod *Statutum* in hac secunda parte *rubricæ* non solum exclusit in gratiam Transuersalium fæminas cum eis succedentes, sed quia vlteriùs voluit exclusas etiam eas, quæ eisdem præferri deberent, ideo ad hunc finem assequendum, non expressit precisè exclusionem fæminarum, quæ cum ipsis Transuersalibus *de Iure* communi succederent, vt *in prima parte* disposuit circa Sorores, & Neptes, sed vlteriùs addit *vel quæ præferri deberent ipsis Transuersalibus*, Hæc porrò dispositio vlterioribus expressa verbis diuersam quoque indicat *Statuti* mentem in vno, ac altero casu, vbi enim voluit exclusas fæminas masculis etiam præferendas expressit, vbi verò noluit non expressit, vt ex discretiuo modo loquendi *per Text. in L. vnica §. Si autem de caduc. tollen.* arguunt *Card. de Luca de legat. disc.* 34. *num.* 4. *&* *disc.* 3, *num.* 5. *Palm. Nep. alleg.* 136. *num.* 42. *tom.* 2. *Rota coram Cerr. decis.* 542. *num.* 8. *vers. Idque*.

35
Quod clariùs indicat pars exclusiua ad aliarum fæminarum expressè extensa etiā ad illas, quæ masculis essent præferendæ.

36
Quo stante discretiuo modo statuendi inter Sorores, & Neptes, & inter alias fæminas, diuersa quoque mens Statuti optimè arguitur.

15. Probauimus huc vsque, quod *Statutum Parmense* non ademit Serenissimæ Reginæ Nepti ex fratre vtrinque coniuncto priuilegium prælationis, *quod de Iure* obtinet supra Fratres consanguineos, subintrando gradum, & locum prædefuncti *Principis Odoardi Patris*. Verùm hic non sistit oratio nostra, nam dicimus, & optimo fundamento dicimus, quod *Statutum Parmense* in litera præseruauit fauore *Sororum*, *&* *Neptum* d. legale Priuilegium nascens *à vinculi duplicitate*. Quod vt methodicè demonstremus, præmittere opportunum est, quod *dictum Statutum* sub ea licet apparenter vniuersali dictione *& alijs fæminis* non intellexit tamen nec intelligere potuit nisi de *Neptibus*, & ratio est euidentissima, quia dictæ aliæ fæminæ tales esse debebant, quæ *de Iure* consuccedere possent cum Fratribus, & Nepotibus repetitis per illa verba *cum prædictis masculis*, quæ directa sunt ad Fratres, & Nepotes in eadem oratione nominatos *Peregrin. cons.* 34. *num.* 2.

37
Priuilegium oriens ex duplicitate vinculi Sororibus, & Neptibus Statutum non ademit, sed præseruauit.

38
Et per illa verba *alijs fæminis* Statutum intellexit de Neptibus, quarum dumtaxat respectu verificabatur cōsuccessionem cum Fra-

tribue, vel Nepotibus à Statuto volita.

39 Ita connotante relatione cum prædictis masculis.

40 Excepta Matre, de qua non loquitur hæc rubrica, nulla alia fæmina de Iure consuccedit cum Fratribus, vel Nepotibus, quam Sorores, vel Neptes.

41 Vel Iure suo, vel repræsentatiuo Patris, quod vltra secundum gradum in Collateralibus non datur.

42 Solæ ideircò Neptes appellatione *aliarum fæminarum* veniunt.

43 Concluditur præferentur duplicitatem vinculi, ex qua dumtaxat Sororibus, vel Nepti-

num.2. in fine lib.5. Fusar. consf.174. num.18., & sequen., Rota post Torr. de maiorat. decis.16. num.46. decis.51. num.11. in Romana, seù Interamnen. Fideicommissi 14. Maij 1704. §. Absque eo quòd coram bo. mem. Ansaldo, & in Ariminen. Fideicommissorum super Immissione 6. Decembris 1717. §. Atque Hinc coram R.P.D. meo Foscaro, quæque virtute dictæ relationis *prædictis masculis* repetunt Fratres, & Nepotes, perindè ac si oculis corporeis legerentur ad notata per *Ruin. consil.69. num.5. vol.2. Amat. consf.68. num.1. Giurb. obseru.85. Bonden. collect. legal. 38. num.284., & 285. Mansf. consult.315. num.28. Rota in recen. decis.52. num.6. part.14., & decis.397. num.3. part.16., & in Tyburtina Fideicommissi 14. Decembris 1711. §. Prædicta coram clar. mem. Card. Priolo*, sed sic est, quod *de Iure* seposita Matre, quæ in hac rubrica comprehensa non est, quia Mater sub generica exclusione fæminarum non comprehenditur vtpotè indigens nota speciali ex magis communi, & recepta opinione, quam pluribus adductis laudat *Card. de Luca de success. disc.19. num.14.*, aliæ fæminæ non consuccedunt cum Fratre, & Nepote in hæreditate transuersalis, nisi *Sorores*, *& Neptes* obtinentes, vel Iure suo æqualitatem gradus, vel illam assequentes beneficio repræsentationis, quod vltra secundum gradum in Collateralibus non datur, *Authent. post fratres, fratrumque filios C. de legit. hæred. §. Si vero fratres Authent. de hæred. ab intestat. venien. Oynot. Institut. de hæred. quæ ab intestat. defer. cap. de tert. ordin. succeden. num.11., & seqq. Altograd. consil.67. num.4., & 5. lib.1. Mart. de success. legal. part.1. quæst.23. art.1. num.9. Criuell. decis. Dolan.130. num.8. Rota coram Zaratt. decis.52. num.1., coram Coccin. decis.1449. num.8. in recen. decis.48. num.16. & sequen., & decis.349. num.27. par.6. decis.305. num.8. par.14., & decis.26. num.3., & sequen. par.18., & in Anagnina Immissionis super Bonis liberis 13. Martij 1713. §. Minimè cum seqq. coram bo. mem. Ansaldo.* Ergo si aliæ fæminæ iuxta *Statutum* qualificatæ sunt *Neptes* tantum, istæ solummodò veniunt appellatione *aliarum fæminarum*, quæ ad cæteros fæminarum gradus, eadem qualitate tam actu, quam potentiæ carentes ampliabilis non est ad *Text. in l.2. ff. de liber., & Posthum. L. Si Domino, vbi Bartol., & alij ff. de legat.1. Torr. de Maiorat. par.2. quæst.1. num.29., Rota coram Bichio decis.332. num 9., & coram Gregor. dec.90. num.3.*

16. Hoc stabilito principio discursum ita reassumimus *Statutum* exclusit Sorores, *& Neptes consuccessuras de Iure* cum Fratribus, & Nepotibus, & nequaquam exclusit *Sorores*, *& Neptes de Iure* præferendas eisdem Fratribus, & Nepotibus, alter

non

non datur *in Iure* casus prælationis *Sororis*, & Neptis supra Fratrem, & Nepotem, nisi ille *duplicitatis vinculi*, ex quo Soror, & Neptis vtrinque coniuncta anteponitur Fratri, & Nepoti ab vno tantum latere in hæreditate prædefuncti Fratris, vel Patrui, nam extra dictum vnicum casum sicuti sunt pares gradu, ita æqualiter obtinent consuccessionis beneficium, vt pluribus adductis dixit *Rota in Romana Immissionis* 3. *Iulij* 1711. §. *Fundatam coram bon. mem. Ansaldo, & in alia Romana Immissionis* 5. *Decembris* 1718. §. *Nequè coram Reuerendissimo Crispo*; Ergò iste vnicus casus *duplicitatis vinculi* in parte exclusiua *Sororum*, & *Neptum* fuit præseruatus *à Statuto*, quod propterea ita dijudicandum est, perindè ac si in eo *Sororum*, & *Neptum* exclusionem modificatam legeremus, ea Clausula = *salua duplicitate vinculi*, quia ad omnes *Iuris* effectus idem est, quod aliquid sit expressum, vel ab expressis necessariò resultet, vt omissis generalibus, in terminis *Statutorum*, & bonæ eorumdem intelligentiæ adnotarunt *Mans. consult.* 37. *num.* 16., *Tartagl. de reseruation. Statut. articul.* 33. *num.* 52., *Rota in Fulginaten. Successionis* 9. *Decembris* 1718. §. *Quamuis coram Illustrissimo Domino meo Falconerio, & quoad Matrem eisdem die, & anno* §. *Posita coram eodem*.

bus oritur Ius prælationis in concursu Fratrum, vel Nepotum.

44

Extra casum duplicis vinculi Soror, vel Neptis sunt pares gradu cũ Fratribus, vel Nepotibus, & par habent consuccessionis beneficiũ.

45

Idem est aliquid esse expressum, vel ab expressis necessariò resultare.

17. Cogit nos quoque ita dicere subiecta materia, cum enim Priuilegium *duplicitatis vinculi* sumptum à naturæ legibus, & naturæ varietatibus, *vt Iustinianus noster* protestatus fuit in famigerata *Nouell.* 84. *de Consanguin.*, & *Vterin. Fratr.*, potentissimum sit, & præcipuum, vt notant *Gloss. in Authent. itaque verb. vtroque in fin. Cod. Commun. de Success.*, *Bertazzol. cons. ciuil.* 26. *num.* 16., & *seqq.* cum alijs apud *Reudens. consil.* 1. *num.* 95., & *seqq.*, *Lar. de Anniuers. lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 32. & *seqq.*, *Andreol. controu.* 168. *num.* 2., & *seqq. lib.* 1., *de Ros. consult.* 35. *num.* 61. 62., & *seq.* non censetur per *Statuta* sublatum, nisi vel expresſè dicant, vel saltem æquipollenter indigitent per apertam *rationem agnationis*, & quidem absolutam, & generalem, sicque à toto genere informatiuam sanctionis Statutariæ, Quandoquidem *Statuta*, quæ non prodierunt ex motiuo agnationis seruandæ, vel ad summum illud inuoluunt *limitatiuè*, & *restrictiuè* ad certos casus, nequaquam derogasse censetur amplissimæ illi prærogatiuæ à *vinculi duplicitate* resurgenti, sicuti de facto *auctoritates* omnes fauentes Fratribus ab vno tantum latere procedunt, & loquuntur in terminis *Statutorum* habentium in littera expressum votum Agnatitium tanquam causam finalem, & animatiuam *Statuti*, vt videre est *in auctoritatibus* collectis per famigeratas in hac materia *decisiones Fauentina Successionis diebus* 2. *Iulij* 1708., & 11. *Martij* 1709. *coram Reuerendissimo Aldrouando*; nam de

46

Subiecta materia duplicitatis vinculi ità dicere cogit, cum sit in Iure potentissima.

47

In Statutis nunquam ea sublata censetur nisi sit expressa, vel nisi per apertam agnationis rationem absolutam, & generalem,

48

Secus quando hæc non ad sit, vel sit restricta ad certos casus.

de cætero si agnationis ratio *in Statuto* non legitur, & alioquin exclusio Cognatorum, & fœminarum absoluta non est, & indefinita, sed immò qualificata, & ad certos solummodò gradus restricta procedit sine difficultate *opinio contraria*, quod nimirum huiusmodi Statuta non derogant in capite exclusiuo *duplicitati vinculi* à naturę legibus deriuanti, quemadmodum in specie distinguunt *Gabriel. consl.6. num. 1. vol.1. Rauden. consl. 14. num. 124., & seqq. lib.1., Mantic. in consl. impress. apud Buccaferr. 65. num.33., Michalor. de Fratr. quæst. 3. cap. 14. num.17., & 18., Ros. consult. 35. num. 93., Card. de Luc. de Success. ab intest. disc.18. num.7., & seqq.*

49 Nam tunc præualet opinio contraria.

18\. Argumentis inuincibilibus demonstratum est, quod *Statutum Parmense* Agnationi non prospexit, nec in littera, nec in spiritu, sed in certis solummodò casibus sexui masculino. Ergò de illius mente esse nequiuit ademptio priuilegij nascentis à *duplicitate vinculi*. Quam tamen consequentiam frustra illationibus stabilire satagimus, quando verba ipsa *Statuti* præstant argumentum a contrario sensu designans explicitam pręseruationem *duplicitatis vinculi* fauore Sororum, & Neptum; Vbi enim explicita præseruatio volita fuit, inuanum agitur de tacita, & coniecturali ademptione, quæ in claris vndequaque extranea reputatur ex deductis *per Rot. in Fulginaten. Successionis quoad Matrem 2. Maij 1718. §. Sententia, & 9. Decembris eiusdem anni §. Clara coram Illustrissimo D. Falconerio.*

50 Statutum Parmen. agnationi non prospexit absolutè.

51 Et præseruatio duplicitatis vinculi optimè elicitur in casum ab argumento à contrario sensu.

52 In claris frustra recurritur ad coniecturas.

19\. De qua sanè præseruatione ex *Statuti* littera elucescente tanto maior ratio habenda est sub ea ponderatione, quod DD. vario marte disputant, *an Statutum* generaliter & absolutè excludens Sorores propter Fratres, aliosque Masculos, faueat *Fratribus Consanguineis* aduersus *Sorores vtrinque coniunctas*, & plurimi negatiuam tenent opinionem, quos refert *Rota coram Royas. decis. 399. num. 4.*, quæ tamen *sub num.5.* quæstionem indecisam reliquit propter *articuli* dubietatem sub qua methodo processerunt etiam *Brun. de Stat. exclus. art. 12. num.258.* necnon *Fenzon. ad Stat. Vrb. lib.1. cap.146. num.2.* Præualet autem Sententia fauorabilis Fratribus dato *voto agnatitio expresso*, aut alijs adstipulantibus coniecturis, vt testantur *Bary de Success. ab intest. lib.18. tit. quomodo Collaterali succedatur num.5. vers. certè si per Statutum, Couar. eodem tit. num.8. vers. verùm extante, Gratian. cap. 661. num.8., & seqq., Cyriac. controu.253. num.68., & 69., Viu. decis.469. per tot., Constant. ad Statut. Vrb. annot. 40. num. 17., & seqq., Card. de Luc. de Success. ab intest. disc. 11. num. 5.* Si res ita se habet in terminis *exclusionis vniuersalis, & absolutæ* propter materiæ exorbitantiam, quid dicendum de *exclusione quali-*

53 Præseruationem adhuc dicti priuilegij probat quæstio etiam agitata inter DD. an Statuta generaliter exclusiua illud adimant.

54 Quam, Rota coram Royas in decisam reliquit d.399.

55 Præualet affirmatiua dato voto agnatitio expresso, aut alijs concurrentibus coniecturis.

56 Quæstio pred. promouetur in terminis Statuti simpliciter, & absolute exclusiui Soro-

lisi-

lificata, & limitata Sororum *de Iure* Consuccedentium? In hac etenim figuratione vincendum non est, solum Priuilegium *legis*, sed superanda etiam voluntas *Statuentium*, quæ non declinatur argumentis dubijs, & illationibus æquiuocis, sed solum demonstrationibus vndequaque euidentibus super contraria eorumdem Statuentium intentione, quæ sanè hic in vniuersum deficiunt vna simul cum voto agnatitio totaliter extraneo in terminis *Statuti Parmæ*, quod præfert fœminas descendentes Agnatis Collateralibus.

rum, & Fæminarum. In casu Statuti Parmen. exclusio non est absoluta, sed cum illo adiecto qualificatiuo Consuccessionis.

57 Resistit ideirco ademptioni d. priuilegij Mens statuentium argumentis equiuocis haud elidibilis.

20. Ab hac Statuti accurata elucubratione descendit, nullius momenti esse in nostri assumpti euersionem posteriora verba d. *Statutariæ Rubricæ* ad alium casum directa, & ita resonantia = *Non existentibus autem Fratribus, vel Nepotibus ex fratribus, vt supra, tunc alij Transuersales masculi vsque ad tertium gradum inclusiuè de Caxali Patris, vt supra intelligendo gradum secundum ius Canonicum, succedant, & succedere debeant ipsis defunctis, exclusis similiter fœminis quæ cum ipsis Transuersalibus alias de Iure communi succedere deberent, vt supra dictum est; vel quæ præferri deberent ipsis Transuersalibus masculis de Caxali, seù domo defuncti, si dotatæ fuerint &c. = dicto Summario n.4. litt.B., & C.* Obuia siquidem, & genuina intelligentia dd. verborum nunquam applicari poterit *Sororibus, & Neptibus*, de quibus *Statutum* specialiter, suprà, atque diuersimodè disposuerat, sed solum congruit *alijs Fœminis*, vel *Consuccedentibus*, vel etiam *vincentibus Masculos* in tertio gradu *de Iure Canonico* constitutos, vtpote si concurreret *Amita* cum *Patruo Magno* tertium gradum occupante, hic iuxta censuram *Statuti* Parmensis d. fœminam excludit, quantumuis ab ea ex gradus proximioritate in totum secundum *leges* vinceretur, vel *Auia Paterna* concurreret cum *Pronepote* in hæreditate *Nepotis, vel Neptis*, quæ *de Iure communi* d. *Pronepoti* præfertur, attenta tamen dispositione *Statuti*, ab illo excluditur. Isti præcipuè alijque consimiles sunt casus, in quibus d. *posterior Statuti pars* verificatur, de cœtero totaliter incongrua quoad *Sorores, & Neptes*, quemadmodum multiplici solidissimorum argumentorum genere mox sumus demonstrare parati.

58 Examinatur secunda pars Rubricæ Statuti, quæ hic refertur.

59 Verba d. posterioris partis loquuntur de alijs fœminis, non de Sororibus, & Neptibus, circa quas specialiter in prima parte prouisum fuerat.

60 Exemplicatur de quibus fœminis intellexerit, & in quibus dispositio verificatur.

21. Administrat *primum* caput *inclusiuum* d. posterioris partis *Rubricæ*, quod certò certius loquitur de *vlterioribus masculis Transuersalibus* exclusiuè ad *Fratres, & Nepotes*, de quibus supra disposuerat, quique immo supponuntur defecti, ibi = *Non existentibus autem Fratribus, vel Nepotibus ex Fratribus, vt supra tunc &c.* Ergò à pari *caput exclusiuum* non adaptatur Personis in superiori parte exclusis, & sub certa qualitate mentionatis, vt ita d. *caput exclusiuum* correspondeat *inclusiuo*, & personis æqualis gradus, & prærogatiuæ contineat,

61 Id probat primo caput inclusiuum tractans de Transuersalibus vlterioribus.

62 Caput exclusiuum debet correspondere inclusiuo.

quem-

quemadmodum de Iure præsumitur sicuti tradunt *Castren. cons.175. sub num.5.vol.1., Corn.cons.90.num.8., & 11.vol.3., Gratian.cons.17.num.42.vol.1., Non.cons.10.num.12., Cephal. cons.656.num.22., & seqq., Honded.cons.1.num.33.lib.2., Gabriel.commun.conclus.tit.de Statut.cons.7.num.77., Brun.eodem tit.art.12.quæst.14., Parlador.par.1.num.7., Cyroc.discept.2. num.22.discept.19.num.17., & discept.58.pariter n.17., Rouit. decis.20.num.50., Card.de Luc.de success.disc.3.num.5., Torr. de Primogen.cap.25.n.98., & Rot.dec.68.n.6.par.6.*

63 Secundo probat dictio — *Similiter*, quæ fertur ad diuersas fœminas.

22. Succedit *secundo* modus loquendi adhibitus à *Statuto exclusis similiter fœminis*, nam dictio *similiter* fertur ad fœminas diuersas solo sexu exæquatas *Soccin. sen. cons.300. sub num.2. lib.2., Natt. cons.546. num.2. cum seqq., Menoch. cons.335. num.18., & seqq. de Arbitr.lib.2. cas.84., Borell.in sum.decis. tit.14.num.22., Bonden. collect. legal.24.num.44.tom.2., Rot. coram Cerro decis.616. num.6.* Ergò non *ad Sorores, & Neptes*, quæ essent eedem fœminæ in vtraque *Rubricæ* parte contemplatæ.

64 Tertio deficientia dictionum repetitiuarũ, quibus de cætero in alijs Statutum vtitur in eadem Rubrica.

23. *Tertio* notandum est, quod *Statutum* alioquin solitum adhibere dictiones repetitiuas = *Dictis, prædictis, vt supra* = vt ex toto *Rubricæ* contextu apparet, nullam hic vsurpauit; Non enim dixit *exclusis similiter dictis fœminis*, sed purè, & simpliciter = *Exclusis similiter fœminis* = Ergo non intellexit repetere iam exclusas, sed nouas indicare, vt in simili ratiocinantur *Eugen. cons.83. num.48. lib.1., Becc. cons.12. num.84. lib.1., Decian.cons.442.num.9., & 10., Conciol. allegat.70.num.18. in fin., Palm.Nep.alleg.150.num.42., & 43., Tartagl. de reseruat.Stat.annot.45.art.3.n.200., Rot.coram Merlin.dec.390. num.22. coram Cerro decis.542. num.8., & 9. in rec. decis.247. n.22.par.9.*

65 Quarto probat regula, quod lex generalis subsequens, speciali antecedenti quoad signatas Personas non derogat.

24. Consonat *quartò* firmissima illa regula qua edocemur, quod generalis *lex* subsequens non derogat speciali antecedenti *sanctioni* circa aliquas signatas personas publicatæ vt per *Text. in cap.1. de rescript., & cap. Studuisti de offic. delegat.* comprobant *Caball.cons.162.num.38., Mandos.super regul.2. Cancell.quæst.3. num.4.* ibi = *Generalis enim prouisio non refertur ad specialiter prouisa* = egregiè *Mans. consult.481. num.1. vers. Et propterea, Rot.coram Dunoz. iun. dec.960. num.15. coram Emerix iun.dec.1083. num.5. in Meleuitana Iuris optandi 2. Iunij 1704. §. Neque coram bon.mem.Omanna, in Leodien., seù Aquisgranen.Canonicatus 12. Iunij 1719. §. Nec contrarium cor. R.P.D. Foscaro, & 21. Iunij 1721. §. Frustrà cor. R.P.D. meo Cerro*; Inconcreto casus *præcedit dispositio* indiuidualiter percutiens *Sorores, & Neptes*. Subsequitur *alia generaliter loquens* de

66 Præcedit specialis prouisio quoad Sorores,

alijs

alijs fœminis: Ergo *hæc posterior* ad dd. personas specifica prouisione antecedenti dijudicatas trahenda non est, vt prosequuntur mox relatæ *auctoritates*, & specialius *Caball.cons.162. num.38.*, *Mans. consult.481. sub num.1. citat. vers. Et propterea, Rot. coram Dunoz. Iun. dec.960. num.15.*, *& coram Emerix iun. dec.1083. in fine*: Quorum equidem *DD.* assertio indubitantius procedit in terminis nostræ *Rubricæ Parmensis*, cuius *prima pars*, dans legem specialem, & indiuidualem, tam *Fratribus excludentibus*, *tum Sororibus*, *& Neptibus exclusis* præsefert orationem vndique perfectam, & completam, siuè in *capite inclusiuo*, siuè in *capite exclusiuo*, adiectis rursus respectu *Sororum*, *& Neptum* excludendarum qualitatibus omnibus, in quibus, & propter quas exclusio quadrare, & conuenire debet. Vnde non est cur dd. Personas per specialem perfectissimam *legem* dijudicatas, comprehensas dicamus contra omnia *Iuris nostri* principia in subsequenti generali *sanctione* de alijs fœminis optimè verificabili.

& Neptes, subsequitur generalis quoad alias fœminas.

67. Prima pars Rubricæ specialiter quoad Sorores disponit per orationem vndique perfectam, & completam.

25. Et si in puncto de cætero planissimo vberiora desiderarentur Testimonia, illa in promptu sunt ex sequentibus ponderationibus. *Prima* est, quod si vocabulum *fœminæ*, adhibitum in posteriori parte *Rubricæ*, quoad caput *exclusiuum* in tota sui latitudine sumi posset, complecteretur etiam *Filias*, *Neptes*, *& Proneptes descendentes* quas *fœminarum* appellatione venire, nemo est qui ambigat, & tamen certum est, quod *dd. fœminæ descendentes* in hac *Rubricæ* parte designante concursum cum Transuersalibus masculis, certò certius comprehensæ non sunt, cum imò ex aperta eiusdem *Rubricæ lege* Transuersales masculi non succedunt, nisi in defectum dictarum *fœminarum descendentium*. Ergo si quoad *fœminas descendentes* nil facit amplitudo vocabuli, quia obstat *specialis lex* supra data, eadem adamussim retenta ratione dicendum est de *Sororibus*, *& Neptibus*, vtpote sua speciali *anteriori sanctione*, sub certa qualitate determinatis.

68 Vocabulum *fœminæ*, adhibitum in secunda parte, si in tota sua latitudine sumi deberet; complecteretur quoq; filias, aliasq; fœminas descendentes.

69 Quod dici non potest, vtpote, quod istæ sunt specialiter determinatæ in prima Rubricæ parte.

70 Ergo etiam hoc ipsum dicendum de sororibus, quibus specialiter prouisum fuit.

26. Succedit altera æquè stringens reflexio sumpta à verbis *d. secundæ partis Rubricæ*, quæ sub aperta *alternatiua* loquitur de fœminis: *Quæ cum ipsis Transuersalibus alias de iure communi succedere deberent, vel quæ præferri deberent ipsis Transuersalibus masculis*: Vtraque huiusmodi alternatæ orationis pars ad eamdem fœminarum speciem directa est ibi: *exclusis similiter fœminis, quæ, &c.* Ergò tam qualitas consuccessionis, quàm priuilegium prælationis reflectit ad *vnam fœminarum speciem* in hac *Statuti* parte contemplatam, atque exclusam. Sed sic est, quod de *Sororibus*, & *Neptibus* nullo casu verificari potest, quod consuccedant cum remotioribus Transuersalibus, quos ex prærogatiua gradus semper, & ad semper

71 Suadet etiam alternatiua consuccessionis, & prælationis adhibita, quo ad fœminas mentionatas in hac secunda parte.

72. Quæ ideirco in vtroque membro alternatiuæ reflectit ad eamdem fœminarum classem, exclusiue ad sorores, vel neptes.

num. primo, *Gratian. discept. for. cap.* 861. *num.* 16., *Merlin. de legit. lib.* 3. *tit. primo quæst.* 17. *num.* 24. *vers. infertur propterea*, *Tiraquell. de Primog. quæst.* 40. *num.* 28., *& seqq.*, *Surd. decis.* 239. *num. primo*, *Rota coram Priolo decis.* 355. *num.* 4., *in Recent. decis.* 94. *nu.* 4., *& decis.* 147. *nu.* 7. *par.* 19., *in Romana*, *seù Firmana Successionis* 10. *Decembris* 1698. §. *Circa coram bon. mem. Ansaldo*, *& in Æsina Fideicommissi* 14. *Martij* 1718. §. *Quod autem coram Illustrissimo D: Falconerio*.

4 Eiusq; Iura in Ser. Ducem transfusa per renunciationem, vindicat, & iure optimo promouet idem Ser. Dux.

Porro Ius hoc ex amplissima renunciatione transfusum dicitur in Serenissimum Ducem Renunciatarium, illud propterea optimo titulo ex Persona Renunciantis ad exercitium deducens, pro effectu, de quo agitur, sicuti notant in specie *Bald. in leg. Emptor. num. primo C. de hæred.*, *vel act. vendit.*, *Becc. cons.* 105. *num.* 17., *Surd. cons.* 22. *n.* 16., *Rota post Torr. de pact. futur. Success. decis.* 145. *num.* 4., *coram Emer. Iun. decis.* 1323. *num.* 3., *in Romana*, *seù Ciuitatis Plebis Pecuniaria* 3. *Iunij* 1715. §. *Quo verò coram bo: me: Ansaldo*, *& in Romana Saluiani* 19. *Aprilis* 1717. §. *Suppositis cor. Reuerendiss. Lancetta*.

5 Et quidem non obstante Statutaria dispositione, quæ hic refertur.

4. Totam igitur in Causa, alioquin clarissima difficultatem ingerere potest *Statutum Parmen. lib.* 2. *sub rubrica de Success. ab intest. fol.* 85. quod postquam de filiabus dotandis egerat in Superiori rubrica, vt *Summario Num.* 3., transitum faciendo ad Successiones in linea transuersali, sequentibus disponit verbis = *Statutum*, *& ordinatum est quod mortuo aliquo, vel aliquibus ab intestato, vel sine Testamento, ex quo, vel quibus, filij, vel filiæ, vel alij Descendentes legitimi, & naturales non Superfint, & qui sint de Caxali Defuncti, talibus sic defunctis, succedere debeant Fratres vtriusque coniuncti, & ex altero Parente tantum, si ad sint, & qui sint de Caxali Defuncti, & Nepotes ex Fratribus de Caxali vt supra, vna cum prædictis Fratribus coniunctim in stirpem, non autem ordine successiuo, exclusis Sororibus Defuncti, & alijs fœminis*, QVÆ ALIAS DE IVRE COMMVNI SVCCEDERENT PARITER CVM PRÆDICTIS MASCVLIS *si dotatæ fuerint &c.*, & prout latiùs ex integra *rubrica*, quę datur *Summ. Num.* 4.

6 Statutum excludit in concursu Fratrum, & Nepotum Sorores, & Neptes cum primis consuccessuras de Iure, non eas, quæ defuncto essent successuræ prælatiuè ad masculos ex duplicitate vinculi.

5. Intrepidè tamen dicimus, sectando verba memorati *Statuti* in capite exclusiuo, quod illud ademit quidem Sororibus, & Neptibus *beneficium consuccessionis cum prædictis Masculis*, hoc est *Fratribus*, *& Nepotibus* mentionatis in capite inclusiuo, si & quatenùs illud competeret ex æqualitate gradus secundum *leges Ciuiles*, *& Successorias*, at nequaquam priuauit, aut priuare intellexit easdem *Sorores*, *& Neptes* alio diuerso, & maiori Priuilegio prælationis ipsis debito *ex duplicitate vinculi*, dato Concursu cum *Fratribus ab vno tantum latere*, quod

præ-

præseruauit potiùs beneficio *dd. Sororũ, & Neptum* vnde cum casus noster non sit *de Sorore, vel Nepte* ob gradus æqualitatem *consuccedente* cum Fratribus, aut Nepotibus, sed *de Nepte ex Fratre vtrinque coniuncto*, eiusque gradum repræsentante; quę in hæreditate *Amitæ* non consuccedit cum *Fratribus Consanguineis*, sed illos superat, vincit, & quasi extraneos reddit: Iustè propterea concludimus, quod nostra quæstio, aut versatur in casu *à Statuto* præseruato, ad quem propterea contra explicitam Statuentium mentem exclusio protendi non valet, vt inquit *Bald. in cap. 1. num. 13. de Capitan. qui curvend., Aym. cons. 685. num. 8., Angel. cons. 290. num. 5., Surd. cons. 416. nu. 10., Vermigliol. cons. 476. nu. 4., Rota post Torr. de pact. futur. Success. decis. 67. num. 17., & cor. Cels. decis. 367. num. 18.*, vel saltem versatur in casu diuersissimo ab illo, quem ijdem *Statuentes* figurarunt, ad quem pari modo censura *Statuti* non aliter trahi posset, quàm per violentam, & violentissimam extensionem, quæ *in Statutis* correctorijs prohibita est etiam ex identitate, vel maioritate rationis per hypotesim figurabili ad communem Sententiam, quam probant vno ore *Ruin. cons. 43. num. 9. vol. 3., Crauett. cons. 173. n. 4. Aretin. cons. 27. sub num. 2., & 3., Soccin. Sen. cons. 3. sub num. 19. lib. 2., Giouagnon. cons. 66. num. 22., & seqq., Andreol. contr. 138. num. 6., Altograd. Ian. contr. 30. num. 19., Conciol. alleg. Ciuil. 71. num. 25. 26., & 28., Palm. Nep. alleg. 89. num. 4., & 5., Gobb. consult. decis. 84. num. 23., & 24., Mart. Medic. decis. Senen. 78. ex num. 17., bon. mem. Ansaldo in Addit. ad eius decis. 12. nu. 37. 38., & seqq., in recent. decis. 357. ex num. 4. cum seqq. part. 14., decis. 112. num. 12., & 13. part. 17., & decis. 68. ex num. 5., & ex num. 11. cum seqq. part. 19.*

7 Quam vel Statutum præseruauit.

8 Vel omisit tamquàm implicantem casum diuersum à Statuto dispositum, cuius extensio fieri nequit.

6. Diximus *per hypothesim figurabili*, quia sola ratio agnatitia in *Statuto* expressa est illa, quæ in aliquibus casibus, & pro certis signatis effectibus reddere potest *Statuta* exclusiua fœminarum taliter qualiter fauorabilia, & sic capacia benignè interpretationis, vt appositè discurrunt *Corn. cons. 340. num. 3. vers. Si enim lib. 2., Bursatt. cons. 93. sub num. 7., Gabriell. cons. 14. num. 13. lib. 1., Cyriac. controu. 476. num. 6., & 7., Pigant. ad Statut. Ferrar. Rubr. 134. num. 1., & 2., Zaul. ad Statut. Fauent. lib. 3. rubr. 27. num. 1., & seqq. tom. 1., Constantin. ad Statut. Vrb. annot. 39. art. 1. num. 10. cum seqq., Rota coràm Merlin. dec. 353. num. 5., & 6. coràm Pamphil. decis. 15. num. 5., & ibi Adden. num. 6., & 7. in Recen. dec. 438. num. 48., & 49., & num. 90., & 101. tom. 2. dec. 342. num. 7. par. 12.*, cum alijs *in Fulginaten. Successionis 2. Martij 1718. §. Non igitur coram Illustrissimo Domino meo Falconerio*; Ve-

9 Sola agnationis ratio expressa in Statutis aliquando illa ampliare solet.

A 3 rùm

10 Quę tamen ratio deficit in Statuto Parmensi.

rùm enim verò præfatus Agnationis fauor, qui vnicè aptitudinem habet pro mulcenda correctorietate *dd. Statutorum* excludentium nullo pacto contemplatus fuit à *nostro Parmensi*, sed illi omnimodè incongruit. *In littera* siquidem, nec vnum

11 Et quidem tam in littera in qua de ea nullum verbum.

habemus verbum de Voto agnatitio, quando nil frequentiùs in *Statutis* explicitè agnationem contemplantibus, vt testantur *Gozzadin. cons.*103. *num.*19. *vers. Præterea, Riminald. Iun. cons.*497. *num.*32., *& seqq.*, *& num.*63., *&* 64., *Tob. Non. cons.*15. *num.*7., *&* 8., *& cons.*16. *num.*11., *&* 15., *Decian. cons.*1. *num.*175., *&* 176. *lib.*2., *Honded. cons.*8. *à num.*53. *ad plur. seqq.*, *& cons.*12. *num.*17., 18., *&* 20. *lib.*2., *Altograd. cons.*64. *num.*20. *lib.*1., *& cons.*61. *num.*27., *&* 28. *lib.*2., *Gabriell. de Statut. conclus.*6. *num.*4., 5., *&* 7. *vers. Tenendo tamen, Ancaran. Iun. famil. Iur. quæst. lib.*2. *quæst.*66. *num.*11. *cum tribus seqq.* egregiè *bo: mem: Ansald. in addit. ad decis.*12. *num.*52.

12 Quàm in Spiritu ex quo posthabitis Patruis filiæ Defuncti aliæque Fœminę Descendentes admittantur.

7. In spiritu verò quæcumque Agnationis ratio destructa manet ea inuincibili ponderatione, quod idem *Statutum* non priùs vocat ad Successionem fratres Defuncti, quàm deficientibus *filiabus, & vlterioribus Descendentibus*, quæ propterea hæreditatem irreuocabilitèr acquirunt posthabitis *Agnatis*, & primi quidem gradus in Transuersalibus; Hoc autem est de diametro destructiuum voti Agnatitij, & cum illo dicitur à toto genere incompatibile ad Constantissimam, quam firmant propositionem *Actolin. resol.*120. *num.*44., *Mansi. consult.*199. *num.*22., *Card. de Luca de Fideicomm. disc.*24. *num.*18., *Torr. de maiorat. par.*1. *cap.*38. *num.*511., *Rota decis.*194. *num.*7. *par.*14. penès *Balduc. ad Ramon. decis.*22. *num.*18. *tom.*4., *in Perusina Fideicommissi* 20. *Februarij* 1713. §. *Quàm longè coram Illustrissimo Domino meo Falconerio, & in Reatina Primogenituræ de Nobilibus* 19. *Iunij* 1719. §. 8. *coram Reuerendissimo Crispo*, & in puncto *Statuti* optimè *Rota in Auximana Immissionis coram bonæ memoriæ Vrsino, de qua in Mantiss. tom.*2. *lib.*11. *dec.*34. *num.*7., ibi: *Fortiùs præualet hic sensus in themate, quia ex cæteris Statuti partibus eruitur illud agnationi minimè prospicere, & inter cætera efficacissima est animaduersio Statutum coæquum admittere ad Successionem Paternam filios, filiasque &c. hoc autem de diametro repugnat Contemplationi Agnationis*; Perpenso signantèr, quod dd. filiæ aliæque Descendentes à *Statuto*, *Patruis* antepositæ nullum habent onus restituendi Successionem eisdem *Patruis*, alijsue *Agnatis*, vndè illam perpetuò acquirunt, & transmittunt ad suos filios, & Descendentes de *linea Cognatitia*. Quamobrem si idem *Statutum* contemptis Agnatis *fœminas* positiuè, & Cognatos permissiuè saltem prætulit, nil clariùs desiderari valet in euiden-

13 Et quidem perpetuò, & absque onere restituendi Agnatis.

tissi-

tissimam exclusionem præfati voti Agnatitij, vt egregiè prosequuntur *Crauett. conf.*250. *num.*2., *Gabriell. conf.*100. *nu.*35. *lib.*1., *Giouagnon. conf.*82. *num.*162. *lib.*1.,*Constantin. ad Statutum Vrb. annot.*39.*art.*1. *num.*41.,*Rota decis.*529.*num.*19., ibi = *Cessat qualibèt eius consideratio*, *cui* (scilicèt Agnationi) *non dicitur prospectum*, *quando ab initio fuit instituta fœmina*, *ex qua euenire potest, vt bona transeant ad extraneos adhùc existentibus Agnatis, par.*18.,*&* *dec.*68. *num.*14. *par.*19. *Recent.*; Non prætereundo rursùs, quod in omnibus illis casibus quibus fœminas collaterales, vel coæqualis, vel Superioris gradus postposuit Masculis, voluit eas esse in præiudicium masculorum prouisas ab illa, à qua excludebantur hæreditate, cuius communem fecit *vsumfructum* fœminis viduis, & masculorum contubernalibus; discedentibus verò fœminis à Masculorum conuictu, dedit illis medietatem vsusfructus eiusdem hæreditatis, quæ ad ipsas de *Iure communi* spectasset *dicto Summario Num.*4. *litt. F.*, *&* *G.*; Tantus verò fœminarum fauor notabile masculis impendium afferens, nec minimam habet congruentiam cum voto agnatitio per ea, quæ tradunt *Bald. in leg.*1. *num.*4. *vers. Modò accedit Cod. de legit. hæred.*,*Criuel. dec.*120. *num.*25.,alijque adducti à *Rota in Fulginaten. Successionis*, *&* *Dotium super hæreditate Materna* 19. *Iunij* 1705. §. *Quodque re vera coram Rmo Lancetta*, *&* *in Camerinen. Successionis* 13. *Iunij* 1710. §. *Quia iàm supra coram bon: mem: Kaunitz.*

14 Quod excludit Votum Agnationis.

15 Sororibus ipsis insuper vltra dotem Statutum defert vsumfructum in portione hæreditatis, quem ideircò eis cum fratribus communem fecit.

8. Nullum ergò iustum agnationis colorem præseferrè possunt, aut verba proemialia Statuti directa ad *proximiores masculos de Caxali Defuncti*, aut dispositiones particulares eiusdem *RVBRICÆ* partim anteponentes fratres, & Nepotes Sororibus, & Neptibus *de Iure* cum illis consuccedentibus, partim verò inuitantes vlteriores Transuersales vsque ad tertium gradum *de Iure Canonico* exclusis fœminis tàm consuccessuris, quàm præferendis. Nemò enim non scit quantũ differat respectus qualis qualis masculorum à contemplatione stricta, & rigorosa Agnationis, ad quam d. argumentum non currit iuxtà notata per *Hodiern. controu. for. cap.*11. *num.*34., *&* 35., *Cosanat. conf.*4. *num.*232., *Thesaur. quæst. for. lib.*2. *quæst.*12. *num.*6., *Palm. alleg.*216. *num.*21., *Rota coràm Benincasa dec.* 334. *num.*14. *in Recen. dec.*667. *num.*10. *par.*2., *&* *decis.*779. *num.*20., *&* 21. *par.*6., *in Bononien. Fideicommissi Annibalis de Aelephantutijs* 25. *Iunij* 1708. §. *Ad hoc autem coràm bonæ memoriæ Ansaldo*, *&* *in Fauentina Fideicommissi de Tarronis* 10 *Maij* 1715. §. *Agnatio autèm coràm Eminentissimo Scotto.* Cùm igitur demonstrationibus reuera insuperabilibus probatum fuerit Parmenses nequaquam de Agnatione sollicitos pre-

16 Talis qualis masculorum fauor à Statuto dispositus in concursu fœminarum valdè differt à contemplatione præcisa Agnationis.

tulisse *fœminas Descendentes* masculis *Agnatis*, & tolerasse hæreditatis transitum à dd. fœminis ad Cognatos, non curato præiudicio *Patruorum*, & sic agnatorum coæqualis gradus, consequens est, quod dicta prælatio in diuersis alijs casibus masculis supra fœminas concessa redolet quidem aliqualem masculorum fauorem, vel respicit alium finem, vt doctè ratiocinatur *Redenasch. cons.40. per tot.*, at non votum agnatitium cum cæteris dispositionibus incompatibile, vt in debilioribus etiam Circumstantijs concludunt *Crauett. cons.250. num.2., Menoch. cons.532. num.10., idem Redenasch. d. cons.40., Brun. super Statut. exclus. fœmin. art.12. num.15., Mart. Medic. decis. Senen. examinat.78. num.22., & 23., Maritan. disp. for. lib.1. disp.5. num.13. cum seqq., Mart. de Success. legal. par.2. quæst.6. art.2. num.5. bonæ mem: Ansald. in addit. ad decis.12. num.46.*

17 Prælatio erga masculos in certis casibus, non inducit votum Agnationis.

18 Vel certè non inducit illud votum operatiuũ extensionis Statuti.

9. Quod tamen *votum* si à dicta repetita contemplatione, & prælatione masculorum aliquo modo adstrui posset, nunquam esset illud *votum agnatitium absolutum, & generale*, quod vtpotè sub se eminentèr continens quoscumque casus, illos vi comprehensiua capit sine necessitate odiosæ prohibitæ extensionis, quemadmodùm accuratè explicant *Gabriell. cons.14. num.14. 33., & 39. lib.1., Bursat. cons.302. num.1., & seqq. lib.3., Mons. consult.397. num.45., Constantin. ad Statut. Vrb. annot.39. art.1. num.29., Rota dec.196. num.2., & decis.351. num.10. cor. Dunoz. Iun. in Rec. dec.447. nu.5., & seqq. par.5. dec.115. num.17. par.8. dec.94. num.17. par.17.*; Sed ad summum diceretur votum agnatitium restrictum, & limitatum ad certos casus, signatasque Personas quod ad casus difformes, & ad personas diuersas Statuti Censuram minimè ampliat, iuxtà magistralem distinctionem, quam exornant *Hondod. cons.8. num.12. cum seqq. lib.1. cons.2. num.18., & 54., & cons.12. num.17., & 20. lib.2., Decian. cons.1. num.176. vers. Sed etiam dato, & à num.187. cum duobus seqq., Menoch. consil.82. num.142. vol.1., Altograd. Sen. cons.64. num.22. lib.1., & latiùs cons.48. num.13., 14., & 16., & nu.18., & 19. lib.2., Andreol. contr.138. num.5., Conciol. alleg.70. nu.22., & seq., Palm. Nep. alleg.150. num.18., & 49., Constantin. ad Statut. Vrb. annot.39. art.1. num.22., & 23. bonæ memoriæ Ansald. in annot. ad dec.12. n.58., Rota post Torr. de pact. futur. Success. dec.4. n.11. in Rec. dec.388. n.19., & 30. par.5. dec.110. n.15. p.7. dec.183. n.25. par.8. dec.301. num.1., & 2. par.16., & dec.360. num.23. par.17.*; Tantò certiùs in subiecta hypothesi quadrantem, quia Statuta Parmensi à speciali Rubrica cauerunt intelligentiam eorundem Statutorum *ad litteram, & prout sonant, & iacent Summ. Num.5.*, & notat *Succ. Parmen. in suis*

19 Sed Votum restrictum, & limitatum ad certos Casus, & certas signatas Personas, ad diuersas minimè extendibile.

20 Et eo certiùs cum Statuta Parmæ ad litterã intelligenda sint.

Re-

Respons. infrà allegandus, quæ Statutaria prouisio extensioni de casu ad casum difformem diametraliter resistit, vt considerant *Altograd.Iun.contr.*48. *num.*70., *Bonden. collect. legal.*35. *nu.*62., *& seqq. lib.*2., *Mart. de Success. par.*4.*quæst.*31.*art.*2. *num.*13., *&* 14., *Mans. consult.*397. *num.*32., *Mart. Medic. dec. Senen.* 78. *num.*14., *&* 15. *bo:mem: Ansald. in addit. ad decis.*12. *num.*52.

21 Quod idcircò omnem extensionem eo certiùs vetat de casu ad casum

10\. Redeundo modò vndè digressi sumus, palam est *in littera*, quod Statutum excludit solummodo Sorores, & Neptes cum Fratribus, & Nepotibus *de Iure* consuccedentes, nam verba illa qualificatiua fæminarum exclusarum = *exclusis Sororibus, & alijs fæminis, QVÆ ALIAS DE IVRE COMMVNI SVCCEDERENT PARITER CVM PRÆDICTIS MASCVLIS* = designant ad euidentiam simultaneam *de Iure* consuccessionem masculorum, & fæminarum. Quandoquidem *succedere pariter cum prædictis masculis* idem est ac *consuccedere*, attenta importantia vtriusque dictionis = *pariter, & cum prædictis masculis*, de quibus ad rem nostram tractant *Honded. cons.*2. *num.*17.*lib.*1. *Palm.Sen. cons.*50.*num.*1., *&* 8. *Cephal. cons.*220.*num.*19. *Fusar. cons.*4. *num.*3. *cum seqq. & num.*20. *De Prat. de interpret. vltim. volunt. fol.*148. *numero* 94. *Fusar. de substit. quæst.*477. *num.*41. *Mans. consult.*81. *num.*10., *&* 11. *cum seqq. Rota post d. cons.*4. *Fusar. num.*21., & melius probat *eadem rubrica Statuti*, quæ in capite inclusiuo masculorum non semel adhibuit dictionem *cum*, & *vna cum* pro designanda consuccessione ibi = *& Nepotes ex fratribus de Caxali vt supra vna cum prædictis masculis*, & paulò infrà = *Ascendentes admittantur vna cum prædictis fratribus, & Nepotibus* = *dicto Summario num.*4. *litt.C.*, *& D.*, vndè ab intelligentia, quam ipsamet Statuti rubrica perhibet recedere fas non est, ad *principia notissima*.

22 Ostenditur, quod in littera Statutum vnicè exclusit Sorores, vel Neptes consuccessuras.

23 Attentis verbis, quæ alias de Iure communi succederent cum masculis.

24 Quæ important consuccessionem.

25 Quæ optimè etiam resultet ex repetitis dictionibus — *Vna cum.*

11\. Frustraque dubitaretur an dicta *verba statutaria* sumenda sint in sensu simpliciter *demonstratiuo*, vel potiùs rigorosè *taxatiuo* exclusionis volitæ in d. tantum casu *consuccessionis Sororum, & Neptum* cum Fratribus, & Nepotibus excludentibus, contextus siquidem designat certam qualitatem desideratam in fæminis excludendis = *exclusis Sororibus, & alijs fæminis, QVÆ ALIAS DE IVRE COMMVNI SVCCEDERENT PARITER CVM PRÆDICTIS MASCVLIS*, & hoc obtentu *Statutum* adhibuit adiectiuum, *quæ* relatum ad dictas fæminas, quod earundem qualificatiuum dicitur iuxta mentem, & intentionem Statuentium *Cranett. cons.*426. *num.*15., *& cons.*472. *num.*6. *Honded.cons.*63. *num.*44. *lib.*1. *Rota decis.*671. *num.*7. *coram Pamphil.* optimè *Torr. de Primog.*, *& Maior. Ital. part.*2. *quæst.*46. *num.*25. *fol.*

26 Quam non exemplificatiuè, sed taxatiuè, & qualificatiuè Statutum expressit.

27 Quia Statutum adijcit fæminis d. consuccessionem per modum qualitatis.

28 Quæ in Statutis per speciem qualitatis ex-

primuntur nõn demonstratiuè, sed taxatiuè expressa dicuntur.

fol. mihi 318. Quæ autem in Statutis exprimuntur per speciem qualitatis alium sensum non habent, quam taxatiuum, imò redolent conditionem, qua verificata *Statutum* locum sibi vindicat, & è conuersò cessat *lex Statuti* eadem conditione non posità, vel contraria adapertà, vt notant *Surd. cons.*129. *num.*36. *& cons.*143. *num.*44. *lib.*1. *Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib.*3. *tit.*17. *num.*1., *&* 2., & magis in specie respondit *Rota coram Royas decis.*418. *num.*4., *& post Torr. de pact. futur. successʃ. decis.*4. *num.*13., cui equidem verissimæ propositioni obsecundat alia, qua admonemur illos dici comprehensos in *Statuto*, quibus *Statuti* qualitates conueniunt, ex opposito autem censeri exemptos alios, quibus eædem qualitates minimè congruunt *Dec. cons.* 49. *num.*2. *Gozzadin. cons.*35. *num.*16. *Grat. cons.*122. *num.*6. *lib.*1. *Honded. cons.*1. *sub num.*16. *vers. quod procedit cum sequen. & cons.*8. *num.*12. *Mart. Medic. examinat.*44. *num.*36., *de success. legal. part.*4. *quæst.*2. *art.*4. *n.*14. *Conciol. allegat.*70. *n.*33. *Mans. consult.*468. *num.*13., *& consult.*481. *num.*2. *cum seqq. Torr. de Maiorat. par.*2. *quæst.*46. *num.*16. *cum duobus seqq. Tartagl. de reseruat. Statut. art.*20. *num.*51. *Rota decis.*385. *num.*1. *vers. vnde cum in hoc casu par.*4. *diuersor.*, *in recen. decis.*116. *num.*6. *par.*5. *& dec.*110. *num.*16. *par.*7.

29 Imo importanť conditionem, qua non concurrente, cessat lex Statuti.

30 Et nõn censentur comprehensi, quibus Statuti qualitates non conueniunt.

12. Si autem *Statutum* in sensu taxatiuo, dixit, quod excludebat *Sorores*, *& Neptes* cum Fratribus, & Nepotibus *de Iure* consuccessuras. Ergo *Sorores*, *& Neptes* non consuccessuræ, sed *de Iure* præferendæ dictis Fratribus, dictisque Nepotibus *Statuti* censuram non subeunt, sed ab illa exemptæ sunt, argumento ducto à contrario sensu, quod in verbis *Legum* tàm *communium*, quàm *municipalium* indubitanter recipitur per *Ruin. cons.*153. *num.*13. *lib.*1. *Alexand. cons.*95. *num.*4., *& seqq. vers. non obstant lib.*4., *& cons.*142. *num.*2., *&* 3. *lib.*6. *Gabriell. cons.*16. *num.*3. *lib.*1. *Peregrin. cons.*144. *numero* 5. *vol.*5. *Honded. cons.*16. *num.*60. *tom.*1., *& cons.*16. *num.*12. *tom.*2. *Altograd. cons.*20. *num.*13. *lib.*2. *Bonden. collect. legal.*25. *num.*98., *&* 99. *Rota coram Buratt. decis.*116. *num.*7. *ibique Adden. litt. D. coram Cerr. decis.*522. *num.*4.

31 Argumento à contrario sensu in Statutis valido Sorores, vel Neptes præferendæ de Iure in parte exclusiua Statuti non comprehenduntur.

13. At in re clara incassum vtimur ratiocinijs pro stabilienda exclusione *Sororum*, *& Neptum consuccedentium taxatiuè* concepta, dum verba ipsa, & mens Statuentium eam apertissimè præseferunt. Postquam enim *Statutum* exclusit *Sorores*, *& fæminas*, quæ cum Fratribus, & Nepotibus *consuccederent*, vt dicebamus, transeundo immediatè ad casum non existentiæ Fratrum, nec Nepotum vocauit Transuersales masculos in tertio gradu constitutos repetita exclusione fæminarum cum prædicta tamen qualitate consuccessionis ibi: *exclusis similiter fe-*

32 Idque magis clarè connotat progressus Statuti in vocatione aliorũ Transuersalium.

33 In quorum concursu excluduntur aliæ fæ-

fœminis, quæ de Iure communi succederent cum ipsis Transuersalibus, qua repetitione non contentum, adiecit statim, & consultò dictionem vt *supra dictum est*, reflectentem ad exclusionem Sororum, & Neptum, vt ostenderet eius mentis fuisse istas excludere sub dicta qualitate consuccessionis, hæc enim est indoles, & natura illius repetitionis *Tusch. litt.V. conclus.*258. *per tot, Magon. decis. Florent.*37. *num.*36. *Gratian. discept. forens. cap.*575. *num.*26. *Altegrad. cons.*6. *num.*5. *lib.*1., cum alijs adductis penes *Mantiss. lib.*10. *dec.*64. *n.*23. *tom.*3.

minæ cum ipsis de Iure consuccessuræ adiecta dictióe vt supra dictum erat de Sororibus, & Neptibus.

34 Quæ dictio est repetitiua eiusdé qualitatis.

34. Et quod nullum relinquit dubitandi locum super hac *taxatiua* exclusione Sororum, & Neptum sub dicta qualitate consuccessionis illud esse, animaduertimus, quod *Statutum* in hac secunda parte *rubricæ* non solum exclusit in gratiam Transuersalium fœminas cum eis succedentes, sed quia vlterius voluit exclusas etiam eas, quæ eisdem præferri deberent, ideo ad hunc finem assequendum, non expressit precisè exclusionem fœminarum, quæ cum ipsis Transuersalibus *de Iure* communi succederent, vt *in prima parte* disposuit circa Sorores, & Neptes, sed vlterius addit = *vel quæ præferri deberent ipsis Transuersalibus*, Hæc porrò dispositio vlterioribus expressa verbis diuersam quoque indicat *Statuti* mentem in vno; ac altero casu, vbi enim voluit exclusas fœminas masculis etiam præferendas expressit, vbi verò noluit non expressit, vt ex discretiuo modo loquendi *per Text. in L. unica* §. *Si autem de cadùc. tollen.* arguunt *Card. de Luca de legat. disc.*34. *num.* 4. *&* *disc.*3. *num.*5. *Palm. Nep. alleg.*130. *num.*42. *tom.*2. *Rota coram Cerr. decis.* 542. *num.* 8. *vers. Idque*.

35 Quod vlterius indicat pars exclusiua dd. aliarum fœminarum expressè extensa etiá ad illas, quæ masculis essent præferendæ.

36 Quo stante discretiuo modo statuendi inter Sorores, & Neptes, & inter alias fœminas, diuersa quoque mens Statuti optimè arguitur.

15. Probauimus huc vsque, quod *Statutum Parmense* non ademit Serenissimæ Reginæ Nepti ex fratre vtrinque coniuncto priuilegium prælationis, *quod de Iure* obtinet supra Fratres consanguineos, subintrando gradum, & locum prædefuncti *Principis Odoardi Patris*. Verùm hic non sistit oratio nostra, nam dicimus, & optimo fundamento dicimus, quod *Statutum Parmense* in litera præseruauit fauore *Sororum*, *&* *Neptum* d. legale Priuilegium nascens *à vinculi duplicitate*. Quod vt methodicè demonstremus, præmittere opportunum est, quod *dictum Statutum* sub ea licet apparenter vniuersali dictione = *& alijs fœminis* = non intellexit tamen nec intelligere potuit nisi de *Neptibus*, & ratio est euidentissima, quia dictæ aliæ fœminæ tales esse debebant, quæ *de Iure* consuccedere possent cum Fratribus, & Nepotibus repetitis per illa verba = *cum prædictis masculis*, quæ directa sunt ad Fratres, & Nepotes in eadem oratione nominatos *Peregrin. cons.*34. *num.*2.

37 Priuilegium oriens ex duplicitate vinculi Sororibus, & Neptibus Statutum non ademit, sed præseruauit.

38 Et per illa verba = *alijs fœminis* Statutum intellexit de Neptibus, quarum dumtaxat respectu verificabatur cósuccessionem cum Fra-

tribus, vel Nepotibus à Statuto volita.

39 Ita connotante relatiua cum prædictis masculis.

40 Excepta Matre, de qua non loquitur hæc rubrica, nulla alia fæmina de Iure consuccedit cum Fratribus, vel Nepotibus, quam Sorores, vel Neptes.

41 Vel Iure suo, vel repræsentatiuo Patris, quod vltra secundum gradum in Collateralibus non datur.

42 Solæ ideircò Neptes appellatione *aliarum fæminarum* veniunt.

43 Concluditur præferratant duplicitatem vinculi, ex qua dumtaxat Sororibus, vel Nepti-

num.2. in fine lib.5. Fusar. consf.174. num.18., & sequen., Rota post Torr. de maiorat. decis.16. num.46. decis.51. num.11. in Romana, seù Interamnen. Fideicommissi 14. *Maij* 1704. §. *Absque eo quòd coram bo. mem. Ansaldo, & in Ariminen. Fideicommissorum super Immissione 6. Decembris* 1717. §. *Atque Hinc coram R.P.D. meo Foscaro*, quæque virtute dictæ relationis *prædictis masculis* repetunt Fratres, & Nepotes, perindè ac si oculis corporeis legerentur ad notata per *Ruin. consil.69. num.51. vol.2. Amat. consf.68. num.1. Giurb. obseru.85. Bonden. collect. legal. 38. num.284., & 285. Mans. consult.315. num.28. Rota in recen. decis.52. num.6. part.14., & decis.397. num.3. part.16., & in Tyburtina Fideicommissi* 14. *Decembris* 1711. §. *Prædicta coram clar. mem. Card. Priolo*, sed sic est, quod *de Iure* sepositâ Matre, quæ in hac rubrica comprehensa non est, quia Mater sub generica exclusione fæminarum non comprehenditur vtpotè indigens nota speciali ex magis communi, & recepta opinione, quam pluribus adductis laudat *Card. de Luca de success. disc.19. num.14.*, aliæ fæminæ non consuccedunt cum Fratre, & Nepote in hæreditate transuersalis, nisi *Sorores, & Neptes* obtinentes, vel Iure suo æqualitatem gradus, vel illam assequentes beneficio repræsentationis, quod vltra secundum gradum in Collateralibus non datur, *Authent. post fratres, fratrumque filios C. de legit. hæred. §. Si vero fratres Authent. de hæred. ab intestat. venien. Oynot. Institut. de hæred. quæ ab intestat. defer. cap. de tert. ordin. succeden. num.11., & seqq. Altograd. consil.67. num.4., & 5. lib.1. Mart. de success. legal. part.1. quæst.23. art.1. num.9. Criuell. decis. Dolan.130. num.8. Rota coram Zaratt. decis.52. num.1., coram Coccin. decis.1449. num.8. in recen. decis.48. num.16. & sequen., & decis.349. num.27. par.6. decis.305. num.8. par.14., & decis.26. num.3., & sequen. par.18., & in Anagnina Immissionis super Bonis liberis* 13. *Martij* 1713. §. *Minimè cum seqq. coram bo. mem. Ansaldo.* Ergo si aliæ fæminæ iuxta *Statutum* qualificatæ sunt *Neptes* tantum, istæ solummodò veniunt appellatione *aliarum fæminarum*, quæ ad cæteros fæminarum gradus, cadem qualitate tam actu, quam potentia carentes ampliabilis non est ad *Text. in l.2. ff. de liber., & Posthum. L. Si Domino, vbi Bartol., & alij ff. de legat.1. Torr. de Maiorat. par.2. quæst.1. num.29., Rota coram Biebio decis.332. num 9., & coram Gregor. dec.90. num.3.*

16. Hoc stabilito principio discursum ita reassumimus *Statutum* exclusit *Sorores, & Neptes consuccessuras de Iure* cum Fratribus, & Nepotibus, & nequaquam exclusit *Sorores, & Neptes de Iure* præferendas eisdem Fratribus, & Nepotibus, alter

non

non datur *in Iure* casus prælationis *Sororis*, & Neptis supra Fratrem, & Nepotem, nisi ille *duplicitatis vinculi*, ex quo Soror, & Neptis vtrinque coniuncta anteponitur Fratri, & Nepoti ab vno tantum latere in hæreditate prædefuncti Fratris, vel Patrui, nam extra dictum vnicum casum sicuti sunt pares gradu, ita æqualiter obtinent consuccessionis beneficium, vt pluribus adductis dixit *Rota in Romana Immissionis 3. Iulij 1711. §. Fundatam coram bon. mem. Ansaldo, & in alia Romana Immissionis 5. Decembris 1718. §. Nequè coram Reuerendissimo Crispo*; Ergò iste vnicus casus *duplicitatis vinculi* in parte exclusiua *Sororum, & Neptum* fuit præseruatus *à Statuto*, quod propterea ita dijudicandum est, perindè ac si in eo *Sororum, & Neptum* exclusionem modificatam legeremus, ea Clausula *salua duplicitate vinculi*, quia ad omnes *Iuris* effectus idem est, quod aliquid sit expressum, vel ab expressis necessariò resultet, vt omissis generalibus, in terminis *Statutorum*, & bonæ eorumdem intelligentiæ adnotarunt *Mans. consult. 37. num. 16., Tartagl. de reseruation. Statut. articul. 33. num. 52., Rota in Fulginaten. Successionis 9. Decembris 1718. §. Quamuis coram Illustrissimo Domino meo Falconerio, & quoad Matrem eisdem die, & anno §. Posita coram eodem*.

bus oritur Ius prælationis in concursu Fratrum, vel Nepotum.

44 Extra casum duplicis vinculi Soror, vel Neptis sunt pares gradu eū Fratribus, vel Nepotibus, & par habent consuccessionis beneficium.

45 Idem est aliquid esse expressum, vel ab expressis necessariò resultare.

17. Cogit nos quoque ita dicere subiecta materia, cum enim Priuilegium *duplicitatis vinculi* sumptum à naturæ legibus, & naturæ varietatibus, *vt Iustinianus noster* protestatus fuit in famigerata *Nouell. 84. de Consanguin., & Vterin. Fratr.*, potentissimum sit, & præcipuum, vt notant *Gloss. in Authent. itaque verb. vtroque in fin. Cod. Commun. de Success., Bertazzol. cons. ciuil. 26. num. 16., & seqq.* cum alijs apud *Raudens. consil. 1. num. 95., & seqq., Lar. de Anniuers. lib. 1. cap. 7. num. 32. & seqq., Andreol. controu. 168. num. 2., & seqq. lib. 1., de Ros. consult. 35. num. 61. 62., & seq.* non censetur per *Statuta* sublatum, nisi vel expressè dicant, vel saltem æquipollenter indigitent per apertam *rationem agnationis*, & quidem absolutam, & generalem, sicque à toto genere informatiuam sanctionis Statutariæ, Quandoquidem *Statuta*, quæ non prodierunt ex motiuo agnationis seruandæ, vel ad summum illud inuoluunt *limitatiuè, & restrictiuè* ad certos casus, nequaquam derogasse censetur amplissimæ illi prærogatiuæ *à vinculi duplicitate* resurgenti, sicuti de facto *auctoritates* omnes fauentes Fratribus ab vno tantum latere procedunt, & loquuntur in terminis *Statutorum* habentium in littera expressum votum Agnatitium tanquam causam finalem, & animatiuam *Statuti*, vt videre est *in auctoritatibus* collectis per famigeratas in hoc materia *decisiones Fauentina Successionis diebus 2. Iulij 1708., & 11. Martij 1709. coram Reuerendissimo Aldrouando*; nam de

46 Subiecta materia duplicitatis vinculi ità dicere cogit, cum sit in Iure potentissima.

47 In Statutis nunquam ea sublata censetur nisi sit expressa, vel nisi per apertam agnationis rationem absolutam, & generalem.

48 Secus quando hæc non adsit, vel sit restricta ad certos casus.

de cætero si agnationis ratio *in Statuto* non legitur, & alioquin exclusio Cognatorum,& fœminarum absoluta non est, & indefinita, sed immò qualificata, & ad certos solummodò gradus restricta procedit sine difficultate *opinio contraria*, quod nimirum huiusmodi Statuta non derogant in capite exclusiuo *duplicitati vinculi* à naturę legibus deriuanti, quemadmodum in specie distinguunt *Gabriel. cons.6. num. 1. vol.1. Rauden. cons. 14. num. 124., & seqq. lib.1., Mantic. in cons. impress. apud Buccaferr. 65. num.33., Michalor. de Fratr. quæst. 3. cap. 14. num.17.,& 18., Ros. consult. 35. num. 93., Card. de Luc. de Success. ab intest. disc.18. num.7., & seqq.*

49 Nam tunc prævalet opinio contraria.

18. Argumentis inuincibilibus demonstratum est, quod *Statutum Parmense* Agnationi non prospexit, nec in littera, nec in spiritu, sed in certis solummodò casibus sexui masculino. Ergò de illius mente esse nequiuit ademptio priuilegij nascentis à *duplicitate vinculi*. Quam tamen consequentiam frustra illationibus stabilire satagimus, quando verba ipsa *Statuti* præstant argumentum a contrario sensu designans explicitam pręseruationem *duplicitatis vinculi* fauore Sororum, & Neptum; Vbi enim explicita præseruatio volita fuit, inuanum agitur de tacita, & coniecturali ademptione, quæ in claris vndequaque extranea reputatur ex deductis *per Rot. in Fulginaten. Successionis quoad Matrem 2. Maij 1718. §. Sententia, & 9. Decembris eiusdem anni §. Clara coram Illustrissimo D. Falconerio.*

50 Statutum Parmen. agnationi non prospexit absolutè.

51 Et præseruatio duplicitatis vinculi optimè elicitur in casum ab argumento à contrario sensu.

52 In claris frustra recurritur ad coniecturas.

19. De qua sanè præseruatione ex *Statuti* littera elucescente tanto maior ratio habenda est sub ea ponderatione, quod *DD.* vario marte disputant, *an Statutum* generaliter & absolutè excludens Sorores propter Fratres, aliosque Masculos, faueat *Fratribus Consanguineis* aduersus *Sorores vtrinque coniunctas*, & plurimi negatiuam tenent opinionem, quos refert *Rota coram Royas. decis. 399. num. 4.*, quæ tamen *sub num. 5.* quæstionem indecisam reliquit propter *articuli* dubietatem sub qua methodo processerunt etiam *Brun. de Stat. exclus. art. 12. num.258.* necnon *Fenzon. ad Stat. Vrb. lib.1. cap.146. num.2.* Præualet autem Sententia fauorabilis Fratribus dato *voto agnatitio expresso*, aut alijs adstipulantibus coniecturis, vt testantur *Bary de Success. ab intest. lib.18. tit. quomodo Collaterali succedatur num.5. vers. certè si per Statutum, Couar. eodem tit. num.8. vers. verùm extante, Gratian. cap. 661. num.8., & seqq., Cyriac controu.253. num.68., & 69., Viu. decis.469. per tot., Constant. ad Statut. Vrb. annot. 40. num. 17., & seqq., Card. de Luc. de Success. ab intest. disc. 11. num. 5.* Si res ita se habet in terminis *exclusionis vniuersalis, & absolutæ* propter materiæ exorbitantiam, quid dicendum de *exclusione quali-*

53 Præseruationem adhuc dicti priuilegij probat quæstio alias agitata inter DD. an Statuta generaliter exclusiua illud adimant.

54 Quam, Rota coram Royas in decisam reliquit d. 399.

55 Præualet affirmatiua dato voto agnatitio expresso, aut alijs concurrentibus coniecturis.

56 Quæstio pred. promouetur in terminis Statuti simpliciter, & absolute exclusiui Soro-

fificata, & limitata Sororum *de Iure* Confuccedentium? In hac etenim figuratione vincendum non eft, folum Priuilegium *legis*, fed fuperanda etiam voluntas *Statuentium*, quæ non declinatur argumentis dubijs, & illationibus æquiuocis, fed folum demonftrationibus vndequaque euidentibus fuper contraria eorumdem Statuentium intentione, quæ fanè hic in vniuerfum deficiunt vna fimul cum voto agnatitio totaliter extraneo in terminis *Statuti Parmæ*, quod præfert fœminas defcendentes Agnatis Collateralibus.

rum, & Fœminarum. In cafu Statuti Parmen. exclufio non eft abfoluta, fed cum illo adiecto qualificatiuo Confucceffionis.

57 Refiftit idcirco ademptionid. priuilegij Mens ftatuentium argumentis equiuocis haud elidibilis.

20. Ab hac Statuti accurata elucubratione defcendit, nullius momenti effe in noftri affumpti euerfionem pofteriora verba d. *Statutariæ Rubricæ* ad alium cafum directa, & ita refonantia = *Non exiftentibus autem Fratribus, vel Nepotibus ex fratribus, vt fupra, tunc alij Tranfuerfales mafculi vfque ad tertiam gradum inclufiuè de Caxali Patris, vt fupra intelligendo gradum fecundum ius Canonicum, fuccedant, & fuccedere debeant ipfis defunctis, exclufis fimiliter fœminis quæ cum ipfis Tranfuerfalibus alias de Iure communi fuccedere deberent, vt fupra dictum eft; vel quæ præferri deberent ipfis Tranfuerfalibus mafculis de Caxali, feù domo defuncti, fi dotatæ fuerint &c.* = dicto Summario n. 4. *litt. B.*, & *C.* Obuia fiquidem, & genuina intelligentia dd. verborum nunquam applicari poterit *Sororibus, & Neptibus*, de quibus *Statutum* fpecialiter, fuprà, atque diuerfimodè difpofuerat, fed folum congruit *alijs Fœminis*, vel *Confuccedentibus*, vel etiam *vincentibus Mafculos* in tertio gradu *de Iure Canonico* conftitutos, vtpote fi concurreret *Amita* cum *Patruo Magno* tertium gradum occupante, hic iuxta cenfuram *Statuti* Parmenfis d. fœminam excludit, quantumuis ab ea ex gradus proximioritate in totum fecundum *leges* vinceretur, vel *Auia Paterna* concurreret cum *Pronepote* in hæreditate *Nepotis, vel Neptis*, quæ *de Iure communi* d. *Pronepoti* præfertur, attenta tamen difpofitione *Statuti*, ab illo excluditur. Ifti præcipuè alijque confimiles funt cafus, in quibus d. *pofterior Statuti pars* verificatur, de cœtero totaliter incongrua quoad *Sorores, & Neptes*, quemadmodum multiplici folidiffimorum argumentorum genere mox fumus demonftrare parati.

58 Examinatur fecunda pars Rubricæ Statuti, quæ hic refertur.

59 Verba d. pofterioris partis loquuntur de alijs fœminis, non de Sororibus, & Neptibus, circa quas fpecialiter in prima parte prouifum fuerat.

60 Exemplicatur de quibus fœminis intellexerit, & in quibus difpofitio verificatur.

21. Adminiftrat *primum* caput *inclufiuum* d. pofterioris partis *Rubricæ*, quod certò certius loquitur de *vlterioribus mafculis Tranfuerfalibus* exclufiuè ad *Fratres*, & *Nepotes*, de quibus fupra difpofuerat, quique immo fupponuntur defecti, ibi = *Non exiftentibus autem Fratribus, vel Nepotibus ex Fratribus, vt fupra tunc &c.* Ergò à pari *caput exclufiuum* non adaptatur Perfonis in fuperiori parte exclufis, & fub certa qualitate mentionatis, vt ita d. *caput exclufiuum* correfpondeat *inclufiuo*, & perfonis æqualis gradus, & prærogatiuæ contineat,

61 Id probat primo caput inclufiuum tractans de Tranfuerfalibus vlterioribus.

62 Caput exclufiuum debet correfpondere inclufiuo.

quem-

quemadmodum de Iure præsumitur sicuti tradunt *Castren. cons.175.sub num.5.vol.1., Corn.cons.90.num.8., & 11.vol.3., Gratian.cons.17.num.42.vol.1., Non.cons.10.num.12., Cephal. cons.656.num.22., & seqq., Honded.cons.1.num.33.lib.2., Gabriel.commun.conclus.tit.de Statut.cons.7.num.77., Brun.eodem tit.art.12.quæst.14., Parlador.par.1.num.7., Cyroc.discept.2. num.22.discept.19.num.17., & discept.58.pariter n.17., Rouit. decis.20.num.50., Card.de Luc.de success.disc.3.num.5., Torr. de Primogen.cap.25.n.98., & Rot.dec.68.n.6.par.6.*

63 Secundo probat dictio = *Similiter*, quæ fertur ad diuersas fœminas.

22. Succedit *secundo* modus loquendi adhibitus à *Statuto exclusis similiter fœminis*, nam dictio *similiter* fertur ad fœminas diuersas solo sexu exæquatas *Soccin. sen. cons.300. sub num.2. lib.2., Natt. cons.546. num.2. cum seqq., Menoch. cons.335. num.18., & seqq. de Arbitr.lib.2. cas.84., Borell.in sum.decis. tit.14.num.22., Bonden. collect. legal.24.num.44.tom.2., Rot. coram Cerro decis.616. num.6.* Ergò non *ad Sorores, & Neptes*, quæ essent eedem fœminæ in vtraque *Rubricæ* parte contemplatæ.

64 Tertio deficientia dictionum repetitiuarū, quibus de cætero in alijs Statutum vtitur in eadem Rubricâ.

23. *Tertio* notandum est, quod *Statutum* alioquin solitum adhibere dictiones repetitiuas = *Dictis, prædictis, vt supra* = vt ex toto *Rubricæ* contextu apparet, nullam hic vsurpauit; Non enim dixit *exclusis similiter dictis fœminis*, sed purè,& simpliciter = *Exclusis similiter fœminis* = Ergo non intellexit repetere iam exclusas, sed nouas indicare, vt in simili ratiocinantur *Eugen. cons.83. num.48. lib.1., Becc. cons.12. num.84. lib.1., Decian.cons.442.num.9., & 10., Conciol. allegat.70.num.18. in fin., Palm.Nep.alleg.150.num.42., & 43., Tartagl. de reseruat.Stat.annot.45.art.3.n.200., Rot.coram Merlin.dec.390. num.22. coram Cerro decis.542. num.8., & 9.in rec. decis.247. n.22.par.9.*

65 Quarto probat regula, quod lex generalis subsequens, speciali antecedenti quoad signatas Personas non derogat.

24. Consonat *quartò* firmissima illa regula qua edocemur, quod generalis *lex* subsequens non derogat speciali antecedenti *sanctioni* circa aliquas signatas personas publicatæ vt per *Text. in cap.1. de rescript., & cap. Studuisti de offic. delegat.* comprobant *Caball.cons.162.num.38., Mandos.super regul.2. Cancell.quæst.3. num.4.* ibi = *Generalis enim prouisio non refertur ad specialiter prouisa* = egregiè *Mans. consult.481. num.1. vers.Et propterea, Rot.coram Dunoz. iun. dec.960. num.15. coram Emerix iun.dec.1083. num.5. in Melevitana Iuris optandi 2.Iunij 1704.§.Neque coram bon.mem.Omanna,in Leodien.,seù Aquisgranen.Canonicatus 12.Iunij 1719.§.Nec contrarium cor. R.P.D. Foscaro, & 21. Iunij 1721. §. Frustrà cor. R.P.D. meo Cerro*; Inconcreto casus *præcedit dispositio* indiuidualiter percutiens *Sorores,& Neptes*. Subsequitur *alia generaliter loquens* de

66 Præcedit specialis prouisio quoad Sorores,

alijs

alijs fœminis: Ergo *hæc posterior* ad dd. personas specifica prouisione antecedenti dijudicatas trahenda non est, vt prosequuntur mox relatæ *auctoritates*, & specialius *Caball.cons.162. num.38.*, *Mans. consult.481.sub num.1. citat. vers. Et propterea, Rot. coram Dunoz. Iun. dec.960. num.15.*, *& coram Emerix iun. dec.1083. in fine*: Quorum equidem *DD.* assertio indubitantius procedit in terminis nostræ *Rubricæ Parmensis*, cuius *prima pars*, dans legem specialem, & indiuidualem, tam *Fratribus excludentibus*, *tum Sororibus, & Neptibus exclusis* præsefert orationem vndique perfectam, & completam, siuè in *capite inclusiuo*, siuè in *capite exclusiuo*, adiectis rursus respectu *Sororum*, *& Neptum* excludendarum qualitatibus omnibus, in quibus, & propter quas exclusio quadrare, & conuenire debet. Vnde non est cur dd. Personas per specialem perfectissimam *legem* dijudicatas, comprehensas dicamus contra omnia *Iuris nostri* principia in subsequenti generali *sanctione* de alijs fœminis optimè verificabili.

& Neptes, subsequitur generalis quoad alias fœminas.

67. Prima pars Rubricæ specialiter quoad Sorores disponit per orationem vnd que perfectam, & completam.

25. Et si in puncto de cætero planissimo vberiora desiderarentur Testimonia, illa in promptu sunt ex sequentibus ponderationibus. *Prima* est, quod si vocabulum *fœminæ*, adhibitum in posteriori parte *Rubricæ*, quoad caput *exclusiuum* in tota sui latitudine sumi posset, complecteretur etiam *Filias*, *Neptes*, *& Proneptes descendentes* quas *fœminarum* appellatione venire, nemo est qui ambigat, & tamen certum est, quod *dd. fœminæ descendentes* in hac *Rubricæ* parte designante concursum cum Transuersalibus masculis, certò certius comprehensæ non sunt, cum imò ex aperta eiusdem *Rubricæ lege* Transuersales masculi non succedunt, nisi in defectum dictarum *fœminarum descendentium*. Ergo si quoad *fœminas descendentes* nil facit amplitudo vocabuli, quia obstat *specialis lex* supra data, eadem adamussim retenta ratione dicendum est de *Sororibus*, *& Neptibus*, vtpote sua speciali *anteriori sanctione*, sub certa qualitate determinatis.

68 Vocabulum *fœminæ*, adhibitum in secunda parte, si in tota sua latitudine sumi deberet, complecteretur quoq; filias, aliasq; fœminas descendentes.

69 Quod dici non potest, vtpote, quod istæ sunt specialiter determinatæ in prima Rubricæ parte.

70 Ergo etiam hoc ipsum dicendum de sororibus, quibus specialiter prouisum fuit.

26. Succedit altera æquè stringens reflexio sumpta à verbis *d. secundæ partis Rubricæ*, quæ sub aperta *alternatiua* loquitur de fœminis: *Quæ cum ipsis Transuersalibus alias de iure communi succedere deberent, vel quæ præferri deberent ipsis Transuersalibus masculis*: Vtraque huiusmodi alternatæ orationis pars ad eamdem fœminarum speciem directa est ibi: *exclusis similiter fœminis, quæ, &c.*: Ergò tam qualitas consuccessionis, quàm priuilegium prælationis reflectit ad *vnam fœminarum speciem* in hac *Statuti* parte contemplatam, atque exclusam. Sed sic est, quod de *Sororibus*, & *Neptibus* nullo casu verificari potest, quod consuccedant cum remotioribus Transuersalibus, quos ex prærogatiua gradus semper, & ad semper

71 Suadet etiam alternatiua consuccessionis, & prælationis adhibita, quo ad fœminas mentionatas in hac secunda parte.

72 Quæ ideirco in vtroque membro alternatiuæ reflectit ad eamdem fœminarum classem, exclusiue ad sorores, vel neptes.

B vi-

73 Quæ si in primo consuccessionis venire non potuerunt, ita nec in secundo alternatiuę capite.

vincunt. Igitur *dd.Sorores*, & *Neptes*, quæ sub *primo* membro *d.alternatiuæ* venire nequeunt, neque in *secundo* stare possunt, sed dispositio Statutaria intelligenda est *de alijs fœminis*, quibus aptè, & consuccessio, & prælatio supra Transuersales remotiores conuenire potest ratione gradus per ea, quæ in simili egregiè adnotauit *Rot. coram Coccin. dec.*1505. *n.*6. verbis illis = *Quia prædictæ dictiones non mutant personas, sed ponunt alium casum inter easdem personas.*

74 Ita etiam dicendum, quia alias verba illa consuccessioně importantia quoad sorores, & neptes dumtaxat apposita, remanerent otiosa, & illusoria.

27. In quam consequentiam tanto faciliori passu descendendum est, quia admissa iuxta contrariam intelligentiam *Sororum*, & *Neptum* comprehensione in *secunda parte Rubricæ* taliter, vt earumdem successio, vel consuccessio cum Fratribus decisa dici deberet à verbis illis = *Exclusis similiter fœminis, quæ cum ipsis Transuersalibus alias de Iure communi succedere deberent, vel quæ præferri deberent ipsis Transuersalibus masculis* = Verba omnia antecedentia explicitè, & litteraliter Sorores, & Neptes percutientia, ibi = *Exclusis Sororibus defuncti, & alijs fœminis, quæ alias de Iure communi pariter cum prædictis masculis* = Otiosa sine operatione, & quasi illusoria manerent stante successiua ampliori determinatione ad *Sorores* quoque, & *Neptes* protracta: Quod sanè de verbis *Statutorum* semper consultis, & pensatis dici non potest ad notata per *Cranett. cons.*84. *num.*2., *Paris cons.*66. *num.*9. *lib.*2., *Mans. consult.*16. *num.*10., *consult.*18. *num.*6., & *consult.*109. *num.*35., *Rot. coram Emerix Iun. decis.*993. *num.*10. *in Romana, seu Veliterna successionis super reseruatis* 24. *Aprilis* 1716. §. *Cum igitur, coram Illustrissimo D.Falconerio in Viterbien. Salviani* 20. *Ianuarij* 1719. §. *Absque eo quod, coram Reuerendissimo Crispo, & in Viterbien. Immissionis* 13. *Februarij eiusdem anni*, §. *Potissimum, coram eodem*. Hinc in necessariam consequentiam deriuat, quod *prima pars* de certis fœminis loquitur, *secunda* de diuersis, quia tali pacto singula *Statuti* verba, & vnaquęque dispositio in sua propria fœminarum classe diuersimodè sicuti *Statutum* præscripsit, operatur.

75 Quod in Statutis consulto, & pensate factis dici non potest.

76 Aperte in id conspirat totus secundæ partis Rubricæ contextus.

28. Et in eumdem sensum conspirat etiam vniuersus contextus d.posterioris partis *Rubricæ*, quæ antepositis Transuersalibus vsque ad tertium gradum *de Iure canonico*, & exclusis similiter fœminis, quæ cum ipsis Transuersalibus alias *de Iure communi* succedere deberent, addidit incontinenti particulam: *ut supra dictum est*, quæ sanè particula repetens qualitatem supra designatam in *Sororibus*, & *Neptibus* ita sonat, perindè ac si *Statutum* dixisset: *ut supra dictum est de Sororibus, & Neptibus*; In qua equidem figuratione sicuti indubitatum esset, quod *Sorores*, & *Neptes* in hac postrema oratione comprehensæ non essent, ita concludere oportet etiam exui d.taci-

77 Et signanter dictio repetitiua: *vt supra dictum est*, quæ separat vnum casum ab altero, & æquationem personarum, quo ad consuccessionem in prima parte statutam.

tæ

ræ repetitionis qualitatis, *vt supra dictum est*, cum eadem sit *de Iure* virtus taciti in tacito, ac expressi in expresso. Tanto autem certiùs, quia *Statutum* repetita qualitate, *Sorores*, *&* *Neptes* informante nequaquam repetijt personas, quas sine vlla relatione designauit = *exclusis similiter fœminis*, quia erant fœminæ diuersæ, & diuersi gradus, quod etiam clariùs explicauit in verbis supradictis = *vel quæ præferri deberent ipsis Transuersalibus masculis*. Hic pariter nulla dictio repetitiua, quia erat nouus sermo percutiens diuersas personas, & nullatenus *Sorores*, *&* *Neptes* contraria censura supra determinatas, vt benè probat recitatorum verborum contextus, à quo optima sumitur in subiecta materia argumentatio, vt pluribus adductis dixit *Rot. in Romana*, *seu Sauonen. Successionis super reseruatis* 17.*Martij* 1706. §.*frequentius*, *coram bon.mem.Ansaldo*.

78 Et quod diuersæ erant personæ, de quibus posterior disponit in ordine ad prælationem.

29. At demus (indulgendi gratia plusquàm par est, genio DD. exaduersò Scribentium) per malam, & pessimam hypothesim, constantissimè tamen semper negatam, quod obluctantibus verbis, & mente *Statuti*, & resistente discretiuo modo disponendi in vna, ac altera *Rubricæ* parte censeri adhùc possent comprehensæ *Sorores*, *&* *Neptes* sub dicta posteriori lege generali *Statuti*, talitèr vt iuxtà contrariam intelligentiam *Soror ipsa*, *&* *Neptis ex gradus prærogatiua*, vincens *de Iure Communi* remotiorem Transuersalem, adhùc ex mente *Statuti* ab isto exclusa manere debeat.

79 Figurata tamen etiam comprehensione Sororum, vel Neptum in secunda parte Rubricæ, non exindè euertitur lex specialis superius data in earum Concursu cum Fratribus, vel Nepotibus.

30. In hac sanè figuratione, firmissimo substinemus Calculo, quod dicta posterior *Rubricæ* dispositio determinans prælationem Transuersalium in concursu *Sororum* non alterat antecedentèr disposita in casu concursus Fratrum, vel Nepotum cum dd. Sororibus, vel Neptibus.

31. Concinunt assumpta apertissima verba sæpiùs repetita vtriusque *Rubricæ*. *In prima* enim vbi agit de concursu *Fratrum* cum *Sororibus*, has excludit cum qualitate *Consuccessionis*, & quidèm per specialem determinationem, & per orationem omnibus numeris perfectam, completam, & de per se stantem. *In secunda* verò vbi agit de Transuersalibus non solùm excludit fẹminas consuccedentes, sed etiàm expressè eas, quæ præferri deberent, nec vocat Transuersales nisi in defectum Fratrum, & Nepotum, propterea optimè hìc in *Iure* recurrunt ea omnia, quæ superiùs luculentèr diximus de *lege speciali*, de *oratione perfecta*, & de *importantia modi discretiui per Statutum adhibiti in vna, ac altera dispositione*, quæ ad euitandum repetitionis vitium consultò omittimus, & quæ si separatim sumpta, quantò magìs vnita simul euincunt per dispositionem posteriorem de Transuersali concurrente cum So-

80 Probant id verba ipsa Rubricæ discretiuè loquentia inter vnum, & alterum casum, & specialis prouisio facta, quando Soror, vel Neptis concurrit cum Fratre, vel Nepote.

Sorore, minimè fubuerti *legem* datam Fratri concurrenti cum Sorore, vel Nepte.

81 Et fufficit diuerfitas inter vnum, & alterum cafum.

32. Cùm enim ex his palmaris emergat diuerfitas inter vnum, & alterum cafum, nequit illatio fieri ex vno ad alium, nec ex altero ad vnum ad vulgat. *L. Papinianus ff. de minor.* potiffimè cùm cafus Concurfus Sororis, vel Neptis cum Fratre, vel Nepote fit in puncto puncti decifus in prima parte *Rubricæ*, cuius litterali Sanctioni inhærere debemus, minimè curato quid in diftinctis cafibus, & refpectu diuerfarum Perfonarum deliberare propofuerit, vt benè ratiocinantur *Felin. in cap. Si quando num. 11. de refcript.*, *Dec. conf. 452. in fin.*, *Rouis. conf. 49. num. 6. lib. 1.*, *Ger. Spin. conf. 101. num. 1. & feqq.*, *Hartman. Piftor. quæft. 41. nu. 19.*, *Tiraquell. in leg. Si vnquàm fub nu. 4. verf. & quod voluit ipfe Bald. Tartagl. de referuat. Statut. artic. 28. num. 50. in fine*, *bon. mem. Anfald. in addit. ad decif. 12. num. 38.*, *Rota poft Conftantin. ad Statut. Vrbis decif. 159. num. 13. in Recen. decif. 357. num. 10. part. 14.*, *& in Fulginaten. Succeffionis quoad Matrem 9. Decembris* 1718. §. *Clara coràm Illuftrifs. D. Falconerio.*

82 Vt indè ab vno nequeat fieri illatio ad alium; maximè dum cafus Concurfus Sororis cum Fratre aft fpecialitèr in Statuto decifus.

83 Diuerfitati cafus correfpondet etiam diuerfa difpofitio Statu i.

33. Diuerfitati cafuum correfpondet nedùm difpofitio, fed & diuerfa ratio. Difpofitio quidèm, quià in altero *Statutum* exprefsè impertitur prælationem Mafculo remotiori fuprà Feminas proximiores, vt fuprà innuimus. In altero verò Concurfus *Sororis, vel Neptis* cum Fratre, vel Nepote iftis non fauet nifi in cafu Confueceffionis.

84 Prout æque diuerfa ratio. Refpectu enim vltariorum Tranfuerfalium Statutum non potuit confiderare nifi gradum, non verò duplicitatem vinculi.

85 Quæ in ipfos, & quoad ipfos non attenditur.

34. Diuerfa quoque ratio correfpondet, quià *Statutum* in primo ex dictis cafibus, data etiàm in eo figurabili comprehenfione Sororum, vel Neptum non confideraffet, nec potuiffet confiderare in Sorore, vel Nepte nifi gradum, quo *de Iure Communi* præualuiffet excludenti non curata duplicis vinculi prærogatiua, quæ de Iure in Concurfu cum Tranfuerfalibus remotioribus non attenditur, ad *Text. in leg. Si igitur*, *Authent. de hæred. ab inteftat. Authent. itaque commun. de fuccefs.*, & notant *Bartol. in leg. poft Confanguineos §. Legitima*, *& ibi Alexand. in addit. ff. de fuis*, *& legit.*, *idem Bartol. in leg. Si verò neque Fratres verf. ergo in alijs Perfonis non eft confiderandum in Authentic. de hæred. ab inteftat. venien.*, *Bald. confil. 188. per tot.*, *Corn. confil. 219. column. 2. verfic. tamèn licet prædicta videntur vol. 3.*, *Rub. in conf. 202. per tot.*, *Gozzadin. conf. 19. num. 20.*, *Oynot. Inftit. de hæred. ab inteftat. venien. de tert. ord. fuccefs. num. 34.*, *Crafs. §. Succeffio ab inteft. tit. 3. fub num. 6.*, *Mart. de Succefs. part. 2. quæft. 5. artic. 3. num. 16. & 17. part. 3. quæft. 1. artic. 6. num. 2.*, *& quæft. 9. artic. 2. num. 6.* Imò nec afcendit ad Neptes, feù Nepotes inter fe concurrentes ex fuo gradu, fed folùm dato Concurfu cum Patruo,

86 Imò illa non afcendit nec ad Neptes, & Nepotes inter fe concurrentes ex fuo gradu.

truo, quià tùnc obtinent beneficium repræsentationis, & ascendunt ad gradum Paternum, cui Priuilegium *duplicitatis vinculi* annexum est, vt in puncto explicant *Ferrer. ad Guid. Pap. quæst. 134. per tot., Barry de Success. intestat. lib. 18. tit. 3. sub num. 1.*, & mirabilitèr conferunt lato calamo deducta per *Gobb. consult. decis. 117. à num. 43. ad plur. sequen.*

35. E conuersò autèm in casu Concursus Fratrum, & Sororum, quià quoad istos vltrà gradum consideratur *de Iure Communi* etiàm vinculi prærogatiua, ideò Statutum vt minus recederet à *Iuris Communis* dispositione voluit exclusionem Sororis cum Fratre concurrentis, quando par est in vtroque vinculum, quam tamen noluisse rationabilitèr dici debet, quando in Sorore, vel Nepte inest *vinculi duplicitas*, quæ deficiat in Fratre concurrente.

87 Non sic inter Fratres, & Sorores, inter quos Statutum vltrà gradum, considerare potuit etiam duplex vinculum, quod adimere rationabilitèr noluisse dici debet.

36. Hæc elementaria *Iuris nostri* principia cogunt pernecesse ad hanc *Statuti* germanam intelligentiam, quià ex illa omnis tollitur antinomia, & contradictio in eadem Rubrica, quæ omni possibili interpretatione est vitanda, vt tradunt Collecti per *Rotam in Recinaten. Successionis 6. Maij 1712. §. Eiusdem coràm Reuerendissimo Lancetta Decano, & in Forosempronien. Legatorum super reintegratione 19. Ianuarij 1714. §. 20. coràm bon. mem. Ansaldo*. Tollitur insupèr absurdum æquè intollerabile, hoc est omnimoda superfluitas verborum prioris partis Rubricæ de Sororibus, & Neptibus agentis, ibi = *quæ aliàs de Iure Communi succederent paritèr cum prædictis masculis* =, quæ sinè vlla operatione manerent, & imò elusoria redderentur, vt suprà dictum est.

88 Ex hac germana intelligentia omnis tollitur in Statuto antinomia, & contradictio.

89 Et occurritur absurdo, superfluitatis verborũ in prima parte Rubricæ circa Consuccessionem volitam in Sororibus exclusis.

37. Nec in subiecta hypothesi ad præmissorum maiorem corroborationem præterire possumus, quod hic sumus in hæreditate non *Masculi Agnati*, sed *Fœminæ*, cuius Patrimonium vnicè consistit in Dote iam excorporata *à Serenissima Familia Farnesia*, eo obtentu, vt irreuocabiliter transiret, vel in *Estensem* attento signanter *Statuto Parmæ*, quod defert Dotis lucrum Marito *Summario num. 6.*, vel in hæredes beneuisos ipsi dotatæ ergo si essemus in *Statuto* verè agnatitio extendibili vi comprehensiua ad omnes casus, ad istum tamèn protendi nequiret; tum quia data semel excorporatione Bonorum à Familia, illorumque perpetuo transitu in Dotatam, Bonis huiusmodi ratio agnationis amplius non congruit, vt ponderant *bon. mem. Ansald. in addit. ad eius decis. 84. num. 32., Rota post Cardin. de Luca tom. 2. lib. 11. decis. 26. num. 8., & sequen.*, tum quia in ratione Statuti exclusiui fœminarum propter masculos magna est differentia inter hæreditatem masculi, & fœminæ, vt dixit *Rota coràm Merlin. decis. 471. num. 30.* ibi = *Et minus hæc extensio permitti debet, cum magna diffe-*

90 Declinatur etiàm censura Statuti ex quo agitur de Hæreditate Fœminæ, & de dote excorporata a Serenissima Domu.

91 Dos ex Statuto Parmen. lucratur à Marito per obitum Vxoris.

92 Data tali excorporatione non consideratur amplius ratio conseruandi bona in Agnatione.

93 Quæ differentia inter Hæred. Fœminæ, & illam Masculi in ratione Statuti multum considerari...

differentia considerari possit intèr casum, quo agitur de excludenda Sorore ab hæreditate Fratris, & casum dum agitur de hæreditate alterius Sororis.

94 Et cohæret ipsa rubrica Statuti, quæ mandat, vt singula singulis congruè referantur.

38. Quibus cohæret meus ipsa Statuentium, vt indicant postrema verba *Rubricæ*, vbi postquam declarauere, quod dispositᴀ circa exclusionem fœminarum habeant locum tam in hæreditate masculorum, quàm fœminarum adiecerunt Clausulam illam salutarem = *singula singulis congruè referendo* =, vt *Summario num.4. lit.H.* Vnde nullum superest dubium, quin ijdem Statuentes non eodem modo censuerint procedere debere exclusionem fœminarum quando agebatur de hæreditate masculi, sicuti quando res erat de hæreditate fœminæ, sed inter vnam, & alteram constituisse differentiam.

95 Et sufficit Statutum de Hæreditate fœminæ dotatæ non disposuisse, vt inde ad tramites Iuris communis eius successio sit regulanda.

96 Ita disponente Statuto, vt in ijs, in quibus ipsū dificit, attendatur Ius commune.

97 Addita altera Rubrica, vt Statuta ad litteram sint intelligenda, operante, vt nequeat fieri extensio Statuti de casu ad casum.

39. Recurrente hic animaduersione, quod si de hoc speciali casu fœminæ dotatæ, & extra Patriam Nuptæ *Statutum* non disposuit, nec cogitauit, species hæc hæreditatis *à Iure communi* dijudicanda est, ità præcipientibus *Statutis, & Reformationibus Parmensibus* pluribus in locis, & signanter *fol.4., & 5.* de iuramento præstando per Potestatem, & Socios, vt *Summario num.7.* iuncta alia superius adducta rubrica, quod Statuta sint ad litteram intelligenda, *Summario num.5.*, & sæpiùs dixit *Sacca Parmensis in suis responsis*, præcipuè verò *resp.26. num.7.*, & meliùs *respons.104. num.2.* ibi = *Statutum Parmense mandans omnia Statuta ad litteram, prout iacent, intelligi debere, operatur, vt non possint quoquo modo supplendo extendi, aut ad sensum aliquem iuxta verborum proprietatem trahi* =, & id ipsum repetit *num.64.*

98 Non obstat æquiparatio Fratrum siue, vno, siue altero ex latere coniunctorum in capite exclusiuo facta à Statuto.

40. Quibus omnibus solidè ita constabilitis, nec in minimo refragatur æquiparatio illa, quæ inferri prætendatur à copulatiua vocatione in priori capite inclusiuo Fratrum, tàm ab vno, quàm ex duplici latere in exclusionem Sororum, aliarumque Fœminarum, quæ alias de Iure communi succederent pariter cum prædictis Masculis.

99 Quia in primis si hæc æquiparatio operaretur ad omnes effectus, Statutum magis faueret Consanguineo, quam Germano.

100 Consequeretur enim solus totam Hæreditatem, quam Germanus concurrens cum Consanguineo non perciperet nisi pro medietate.

41. In primis enim aduertendum est, quod si ex vocatione copulatiua Germani, & consanguinei resultaret æquiparatio, quæ supponitur, *Statutum* magis faueret consanguineo quam Germano, cum enim ille *de Iure communi* excludatur à Sorore vtrinque coniuncta *Authent. de hæredit., quæ ab intestat. defer. §.Si igitur il 2.*, cumqua consuccedit Germanus, vt in dicto *§.Si æquales* fierent à *Statuto* per vocationem simultaneam, sequeretur, quod Consanguineus vigore *Statuti* Germano præualeret; Hic enim excludendo Sororem germanam virtute *Statuti* non consequeretur, nisi portionem dimidiam hæreditatis, quæ de *Iure communi* Sorori exclusæ competeret, illi autem tota à *Statuto* adscriberetur exclusione Soro-

ris

ris Germanæ, quod est absurdum, vt in puncto notat *Fulgos. consf.84. num.5.*

42. Rursus ex simplici vocatione copulatiua Fratris Germani, & Consanguinei, non inducitur æquiparatio, neque respectiua, nisi *Statutum* vltra vocationem coniunctiuam Fratrum vtriusque speciei expresse disponat, quod Consanguineus Sororem Germanam excludat *Cardin. de Luca de success. ab intestat. disc.11. num.2., & 5. vers. aduertebam, alias Statutum recipit interpretationem passiuam à Iure communi, & consequenter intelligendum venit data æqualitate vinculorum*, sunt verba præcisa præcitati *Doctoris*. Hinc ad tollendam quæstionem, solent Statuentes casum præcisum determinare, vt *Statut.Vrb. tit.de Success. Collat. cap.146. lib.1. illud Anconæ rubric.102. collat.2., illa Castri, & Roncilionis rubric.35.*, alia *Bononiæ, de success. ab intestat. lib.4.*, & illud *Foroliuien. rubric.32. lib.5. de success. ab intestat. §. Quibus Fratribus, & alia plura.*

101 Ex simplici vocatione copulatiua Fratris Germani, & Consanguinei non inducitur, nec æquiparatio respectiua, nisi Statutum mandet Sororem Germanam excludi à Consanguineo.

102 Hinc frequens in Statutis specialis prouisio circa d. exclusionem.

43. Hic loco dictæ æquiparationis excludentis *Germanam* fauore Consanguinei, tantum habemus in oppositum, quod *Statutum* noluit excludi à dd. Fratribus æquiparatis, nisi *Sorores de Iure consuccessuras*. Istæ erant *Germana* quoad *Germanum, & Consanguinea* quoad *Consanguineum*, nam Germana respectu Consanguinei non consuccedit, sed illi præfertur. Ergo ex mente *Statuti* æquiparatio locum sibi vindicat, quando vnà cum Consanguineo concurrit Germanus, stante, quod istius respectu Soror vtrinque coniuncta aliud non habet beneficium, quam consuccessionis ademptum à *Statuto*, & vigore dictæ æquiparationis communicatum Consanguineo cum Germano concurrente. Verum ab æquiparatione in hunc casum volita, & determinata iuxta litteram, & contextum *Statuti* vanum est inferre ad casum diuersissimum concursus Consanguinei tantum, qui Iure suo non consuccedit cum Sorore, sed ab illa vincitur, & Iure æquiparatiuo nullum valet allegare Priuilegium, quia non concurrit Germanus, cuius fauore vti possit, vti in proximis terminis adnotarunt *Ruin. consf.43. num.9. volum.3. Carol. Anton. de Luca de lin. legal. lib.6. art.7. n.4., Andreol. controu.128. n.4., & seqq. Palm. Nep. alleg.150. ante num.7., Rota decis.357. num.6. par.14., & bo:mem: Ansald. dec.12. num.28. cum sequen.*

103 Statutum Parmen. loco æquiparationis excludentis Germanam, fauore Consanguinei tantum, statuit oppositum, quia exclusit Sorores de Iure consuccessuras.

104 Nempe germanam quoad Germanum, & consanguineam quoad Consanguineum.

105 Statutum ideirco æquiparauit quando Consanguineus vna simul cum Germano concurrit.

106 Ergo in hoc casu concursus tantum Consanguineorum frustra allegari potest Statutum.

44. Nec probabilis tantum, sed necessaria est in concreto nostræ rubricæ hæc intelligentia, dato siquidem concursu Patris, Aui, vel alterius Ascendentis ità præscripsit in §. *Saluo quod tunc prædicti Ascendentes admittantur, & vocentur ad hæreditatem talis Defuncti vnà cum prædictis Fratribus, & Nepotibus, prout Iura disponunt dicto Summario num.4. lit.D.* de Iure

107 Quod in hoc sensu Statutum illos æquiparauerit, liquet ab eadem rubrica quando agit de concursu fratrum cum Patre, vel Auo, aliue Ascendente.

 autem

108 Mandant succeſſionem prout iura diſponunt.

109 Quæ iuxta vinculorum concurſum ſucceſſiones diſtribuunt.

autem cum Patre, & alio Aſcendente ex linea Paterna conſuccedunt ſoli Fratres ab vtroque latere non verò Conſanguinei ad *Text.apertiſſimos in §.Conſequens*, *§.Igitur defunctus*, *& §. Si verò de hæred. ab inteſt. §. Primo auth.*, *vt fratrum filij Corn.conſ.242.lib.ſecundo*, *Alexand. conſ.5.num.3. lib.6.*, *& conſ.74.num.3.*, *Michalor. de fratr. par.3. capit.14. num.8.*, *& ſeq. Nicol. de Vbald. de ſucceſs. ab inteſt. par. princip.qu.4. Craſſ. §. Succeſſio quæſt.24. per tot. Mart. de ſucceſſ. part.2, quæſt.1. artic.2. num.3.* Ergo in caſu Statuti Parmen. ſi cum Patre, vel alio Aſcendente concurrat Conſanguineus hic a Patre excluditur, licet non excludatur Germanus, igitur non veniunt à Statuto æquiparati Fratres Germani, & Conſanguinei,

110 Quin querenda ſit rationes Statuti de hac æquiparatione nō abſoluta quia inſ. laris ratio non ſcrutatur.

45. Nec eſt quærenda ratio cur *Statutum* parificaverit Fratres pro dd. Signatis effectibus, & caſibus, & non abſolutè, & indefinitè quia durum eſſet in re clara rationem perſcrutari, & hoc argumento velle *Statuti* diſpoſitionem interuertere, vt aduertunt *Ger. Spin. conſ. 101. num.1.*, *& ſeqq. Hartman. Piſtor. quæſt. 41. num.49. Faber de error. pragmat. de cad. 29. error. 1. num.11.*, *& num.12. bo. me. Anſald. in addit. ad dec. 12. n.38.*, *& Rota dec.357. n.10.par.14. Rec.*

111 Sed deficere non poteſt ratio, vt faveret Conſanguineo dato Conſortio Germani, ſecus illo deficiente.

112 Quia in hoc caſu non verificatur cōſucceſſio cum Sorore excludenda, pro vt preſcribit Statutum.

46. Quæ tamen ſi deſideraretur poſſet optima congruentia allegari, dicendo, quod *Statutum* tot alijs medijs favens Fratribus vtrinque coniunctis, potuit iuſtiſſimo motiuo dare illis in priuilegij conſortem Fratrem conſanguineum in caſu concurſus cum ipſo ad excluſionem Sororis vtrinque coniunctæ, Non ſic eodem concurſu deficiente, quia tunc verificanda eſt alia pars *Statuti* expreſſa, & rotunda non aliter excludens Fæminas, quam conſucceſſuras, & ſic præſeruans omnimodè Ius illarum, quæ Fratres concurrentes ſuperant ex prerogatiua *duplicitatis vinculi*,

113 Confirmat id regula, quod pro metienda excluſione fæminarum non attenditur caput incluſivum, ſed caput excluſivum.

114 Statutum Parmen in Capite excluſivo excludit dumtaxat Sorores Conſucceſſuras. Ergo æquiparatio non poteſt opera-

47. Quam rationem, & conſequentiam mirabiliter confirmat receptiſſima illa propoſitio, qua admonemur, quod ad metiendam excluſionem Fæminarum, & excluſionis importantiam attendendum non eſt Caput incluſivum, ſed ſolummodò Caput excluſivum, quod illi normam, & regulam præſtituit *Honded. conſ.1. num. 14. lib.1. Palm. Nep. allegat. 150. n.13. bo. me. Anſald. in addit. ad dec.12. num.29. Rot.dec.129. num. 14. par.6. dec.43. in fin.*, *& dec.175. num.20. par.7.* cum aliis adductis in *Reſponſ. edito in Florentina de Ricaſolis impreſſ. penes Card.de Luc.in Mantiſſ. de Statut. Succeſſ. poſt dec. 10. ſub num.4. Tom.4.* Cum ergo caput excluſivum noſtri Statuti loquatur dumtaxat de Sororibus, & Neptibus conſucceſſuris, planum eſt, quod æquiparatio Capitis incluſivi directa eſt ad eaſdem Fæminas conſucceſſuras, non ad illas vincentes, Fratres

tres

tres concurrentes, prout in præsenti est Neptis ex Fratre vtrinque coniuncto decertans cum Fratribus ab vno tantum latere.

li quoad Sorores vincentes, & in Concursu Consanguineorum.

48. Oratio hic finem facere posset, quia ni fallimur motivum hactenus tractatum super *vinculi duplicitate à Statuto* Parmensi in littera præservata, vlteriori in hoc negocio disputationi locum non Sinit. At Causæ grauitas, Compromittentium Dignitas, ac superexcellentia, & muneris nostri officium imperant, quod ad aliud æquè principale descendamus argumentum probaturi videlicèt, quod in durissimo illo casu comprehensionis casus in *Statuto Parmensi*, eiusdem censura præsenti hypothesi alio inuincibili respectu conveniri nequiret.

115 Motivum duplicitatis Vinculi hactenus tractatum satis esset pro decisione Causæ.

116 At supposita etiam comprehensione præsentis Casus in Statuto ejus censura non applicatur.

49. Præcisa siquidem notissima *Constitutione Innocentiana*, quæ fuit *Lex noua*, & exorbitans, vt habetur ex contextu eiusdem *Constitutionis*, & perpetuò dixit *Rot. dec.* 67. *post nu.* 17. *cor. bon. me. Ansaldo repetit. apud Constantin. ad Statut. Vrb. dec.* 168. *num.* 22. *in Reatina Successionis* 3. *Iunii* 1709. §. *Quo vero cor. bo.me. Priol. in Romana Immissionis* 27. *Iunii* 1710. §. *Minimeque cor. Reuerendissimo Aldrouando*, *&* *in Sabinen. Successionis* 13. *Ianuarii* 1719. §. *Fin. cor. R.P.D. de Gamachef.* cuique præcipuum fomentum dedit præuentiva requisitio Communitatum Status Ecclesiastici, & successiue earundem consensus, & acceptatio, sicuti colligitur ex eadem met *Constitutione* non solum *in* §§. *Probemialibus* 1., *&* 5. Verùm etiam in §. *Quarto*, & consentaneè narrant *Card. de Luc.* eiusdem Auctor *in Coment. ad d. Constit.* §. 2. *num.* 1., *&* §. 4. *n.* 1. *&* 2. *Tartagl. de reservat. Statut. art.* 33. *num.* 30. quæque proindè vi auctoritatiua nequaquam ligat Ducatum Parmensem, sicuti nec Regnum Neapolitanum ea ratione, quod ista sunt Feuda maioris dignitatis, cum Regalibus, & Iure Supremi Principatus, non venientia idcircò appellatione *Status mediati* adhibita in d. *Constitutione*, & aliis consimilibus, quæ proprie verificatur de Locis infeudatis Domicellis, & Baronibus inferioris ordinis, quorum respectu tota Iurisdictio residet penes infeudantem sicuti in specie adnotat *Card. de Luc. ad eandem Constit.* §. 2. *num.* 21. vbi indiuidualiter commemorat Ducatum Parmæ, *&* §. 4. *num.* 1., idemque obseruatur quo ad alias consimiles Constitutiones nempe, *Ægidianam Carpensem*, *Bullam Baronum* cæterasque pro feliciori Regimine subditorum Status Ecclesiastici proditas. Etenim nec in Regno Neapolitano, nec in Ducatu Parmæ, neque in Ducatibus, Ferrariæ, & Vrbini ante deuolutionem viguerunt aut vigent, quia Feuda hæc concessa cum Iuribus Supremi Principatus *legibus* huiusmodi in subditos latis minimè afficiuntur: Imò prædicta Constitutio Innocentiana neque ligat Statum Auen., & Venusin., vt testatur idem *Card. de Luc. loco mox citato*.

117 Inallegabilis Constitutio Innocentiana, vti lex Nova, & exorbitans.

118 Illi fomentum dedit consensus Populorum Status Ecclesiastici

119 Vi auctoritativa non ligat Ducatum Parmensem, nec Regnum Neapolitanum, vti Feuda Maiora.

120 Pro Statibus mediatis, ad quos protenditur, intelliguntur loca infeudata Domicellis, & Baronibus Inferioris Ordinis.

121 Hoc testatur idē Card. de Luca constitutionis extensor.

122 Id Ipsum procedit quo ad Constitutiones Egidianam, Carpensem, & Bullam Baronum pro subditis Status Ecclesiastici latas Imo Constit. Innocent non extenditur ad Aven., & Venusin.

50. Præ-

123
Præcisa Innocentiana, Statuta exclusiva Fæminarum exigunt copulative vtramque subiectionem.

50 Præcisa itaque *Innocentiana* est *de Iure* certum, quod *Statuta* exclusiua fæminarum propter Masculos non intrant, nisi verificetur copulatiua subiectio Personarum, & Bonorum, hoc est excludentium, & exclusarum, nec non illius de cuius hæreditate agitur ut tenent unanimiter *Gratian. discept. Forens. cap.* 431. *num.* 16., *& cap.* 581. *num.* 8. *Vrceol. consult. forens. cap.* 48. *num.* 22., *& seqq. Merlin. de legit. lib.* 2. *tit.* 1. *qu.* 18. *num.* 36. *Palm. Nep. allegat.* 196. *num.* 2. *Rot. cor. Ludouis. dec.* 255. *num.* 2. *cor. Buratt. dec.* 188. *num.* 4. *ibique Adden. num.* 19. *cor. Merlin. dec.* 353., *&* 390. *per tot in rec. dec.* 110. *num.* 4., *& seqq. par.* 8. *dec.* 373. *num.* 11. *par.* 15. *dec.* 412. *num.* 11. *par.* 16., *& dec.* 284. *num.* 5. *par.* 17., & si alterutra ex dd. Subiectionibus deficit Statutum inutiliter allegatur *Soccin Iun. cons.* 80. *sub num.* 4. *lib.* 4. *Gratian. discept. forens. cap.* 431. *num.* 16. *Ciroec. discept.* 36. *num.* 33. *Gobb. consult. dec.* 84. *num.* 34. *Card. de Luc. de success. ab intestat. disc.* 4. *num.* 2. *Constant. ad Statut. Vrb. annot.* 39. *art.* 2. *num.* 133. *Rot. cor. Merlin. dec.* 353. *num.* 2. *cum seqq. in rec. decis.* 68. *num.* 13. *par.* 6. *dec.* 256. *num.* 2. *par.* 11., *& dec.* 323. *num.* 9. *par.* 15., *& in Reatina Successionis* 30. *Iunii* 1709. §. *Quo verò cor. clar. mem. Card. Priolo*:

124
Quarum alterutra deficiente Statutum non intrat.

125
In casu isto non vna sed vtraque subjectio deficit.

51. In concreto casus loco *copulatiuæ* illius subiectionis quam *DD.*, *& Tribunalia* constanti voto requirunt, undique redundat exemptio è Statuto. Quam sane ut bona demonstremus methodo iuuabit per speciem narrationis hiistorico legalis referre prius antiquum Statum Ciuitatis Parmensis, eiusque per sæculorum decursum varias vicissitudines, ut indè pateat, qua auctoritate, & iurisdictione condiderit Statuta correctoria *legum Cesarearum*, & an illa subsistant *Iure* natiuo Populi Parmensis, vel potius firmitatem unicè adepta sint à confirmationibus Principum, quibus Parmenses per voluntariam deditionem se se subiicierunt.

126
Confert ad id enarratio hystorica deStatu Ciuitatis Parmensis.

127
Vt inde pateat quo Iure Statuta condita fuerint.

128
In sæculo 12. Ciuitas Parmæ regebatur vti Respublica.

52. In principio *sæculi XII.* Ciuitas Parmensis nulli subiecta Domino se ad instar Reipublicæ gubernabatur Teste *Fontanin. del dominio temporale della S. Sede nel Ducato di Parma, e Piacenza fol.* 71., & clarius *in dissertation. hystor. politic. legal. fol.* 139., *&* 140. ibi = *sicche sul principio del secolo XII. non solamente le Città Imperiali, mà insieme, molte di quelle di raggione della Chiesa pretesero di gouernarsi conforme si gouernono formando Republica &c. tentassero l'istessa sorte li Piacentini, e Parmeggiani* = & ob id dictam Ciuitatem Parmensem numeratam legimus inter cæteras Ciuitates contra Fridericum Imperatorem fæderatas, comprehensasque in *Pace Constantiæ* celebrata *anno* 1183., vt ex *tit. de de Pac. Constantiæ* §. *Nos Romanorum Imperator*, per quam dd. Ciuitatibus confirmata

129
Enumerata ideireò leguntur in Pace Constantiæ inter alias Ciuitates fœderatas.

fuit

fuit Iurisdictio, qua prius pollebant *Gloss. ibidem lit. L. verbis illis = sicuti habuistis, & habetis* = quæ innuunt pertinentiam Iurisdictionis, & Regalium Iure ordinario, seù consuetudinario, vt ait memorata *Gloss.* ibi = *Verbum enim habuistis, vel habetis significat retro subsistentiam iure consuetudinario* = & dixit *Bartol. in l. prima sub num. 3. vers. Vniuersitates ff. de damn. infect., & in l. Infamem in fin. ff. de public. iudic.* Ciuitas ergò in sua Iurisdictione suisque regalibus confirmata a dicta *Pace Constantiæ* possedit *Terras militum, Feuda Vallis Syluzinæ &c. Castri Pizzofredi, Montis Clari, Belfortis,* & alia, necnon *Iura in Aquis Padi*, & rursus *facultatem concedendi Represalias*, vt in *Statuto à fol. 13. ad 18.* Rursùs diuersis priuilegijs super regalibus, consuetudinibus, & Iurisdictionibus decorata fuit *annis 1207. 1219., & 1245.* ab Othone, & Friderico Imperatoribus *eodem Statuto fol. 8. 9., & 10.* vbi habetur priuilegium super Decretis interponendis in alienationibus minorum emancipatorum, *& fol. 11.*, vbi de Inuestitura *Castri Grundulæ*, cum Hominibus, Curia, & Iurisdictione.

130 Illique confirmata fuit in d. Pace Iurisdictio, qua prius pollebat.

131 Possedit Regalia, feuda, & Terras Militum.

132 Pluribus decorata legitur Priuilegijs Imperialibus.

53. Ambigi propterea nequit, quod dd. Ciuitates Lombardiæ comprehensę *in Pace Constantię*, & inter eas *Ciuitas Parmensis* tot condecorata Iurisdictionibus, & priuilegijs legitimo titulo præscripserint regalia, Iurisdictionem, & merum, ac mixtum Imperium, vt notanter aiunt *Bartol. in l. 1. sub n. 3. vers. Vniuersitatis de damn. infect. & L. Infamem in fin. de public. Iud., Plot. cons. 24. sub num. 33., Alberic. Rosat. inter Tract. magn. tom. 2. de Statut. quæst. 19. num. 4. par. 1., Boer. inter tract. magn. tomo 16. de Custod. Clau. num. 49. fol. mihi 283., Vant. de nullit. §. Ex defectu num. 37. fol. mihi 148., Tusch. pract. conclus. verb. Ciuitas conclus. 281., & in verb. Pax conclus. 182., Plot. de in litem. iuran. in Iudic. super Decret. de Feud. §. Decretum, seu Constitutio vers. sed ego addo fortiùs, Ruginell. practic. quæst. cap. 46. num. 12., Card. de Luc. de Feud. disc. 2. num. 5., Rot. in Balneoregien. Bonorum 9. Maij 1588. §. final.* pluries infra alleganda ibi = = *restringitur dictum Menochii ad casus illarum Ciuitatum, quibus per leges permissum est Statuta condere &c., & quibus concessa fuit FACVLTAS A PACE CONSTANTIÆ* = & in indiuiduo de Ciuitate Parmæ *Ruin. cons. 39. n. 17. vol. 1.*, *vbi allegat Pacem Constantiæ*, & firmat Ius ex ea quæsitum Ciuitati Parmensi perpetuum fuisse non temporale, *Bald. cons. 300. prope med. tom. 5.*, & de Ciuitatibus Mutinæ, & Regij *Pacian. cons. 149.* vbi plenè.

133 Ambigi nequit, Ciuitates Lombardiæ, & inter eas Parmam, regalibus, & Iurisdictione fulcitas.

134 Notant id, & tradunt innumeri ferè grauissimi Authores.

135 De Ciuitate Parmæ in specie Ruin. & Bald.

54. A' qua equidem Iurisdictione tanquam à suo genuino fonte proficiscitur Auctoritas condendi *Statuta* etiam *contra Ius* ex firmatis per *Bald. cons. 292. sub num. 1. vers. sed alij Populi*

136 A Iurisdictione veluti á fonte oritur authoritas condendi Statuta.

lib. 2.

lib.2., & conf.372. sub num.2. vers. secundo casu quando Populus, Roman. cons.218. num. primo, Soccin. cons.60. num.3. vol.1. Mart. de Iurisdict. par.4. centur. 1. cas. 25. n.5. plenè Cyriac. controu.506., Meius ad Ius Lubecen. quæst. 2. num.52. Knipschilt. de Ciuit. Imperial. Iur. cap.10. num. 22., Knichen. Encyclopedia Iur. Territorial. cap. 16. num. 56., Fenzon. ad Statut. Vrb. in annot. general. ante præfat. num.30., Constant. in prælud. ad Comment. ad Statut. Vrb. art.1. num.9., quæ valent in Populum et subditos Vniuersitati Statuenti *Iure natiuo* eiusdem Vniuersitatis, & nulla indigent confirmatione Superioris, necessaria solummodo prò validandis *Statutis*, quæ publicantur à Communitatibus Iurisdictione carentibus sicuti benè distinguunt *Honded. cons.4. num. 89. lib.1., Cephal. consil. 38. num.22., & seqq., Roland. à Vall. cons. 99. num.14., & seqq., Gratian. discept. forens. cap.469. num. 13., & seqq., Cyriac. dicta controu. 506., Meuius dicta quæst. 2. num. 62., Dond. consult.16. num.20.. Iou. de solemn. in contract. minor. Gloss.8.S.1. num.29., Saminiat. contr.22. num.22.*

137 Quæ in Populum, & Subditos valent, nec indigent confirmatione.

138 Necessaria est confirmatio, vbi in Statuentibus deficit authoritas.

139 Ciuitas Parmæ de statu libertatis, passa fuit subiectionem Ducum Mediolanensium.

55. Statui liberatis vetustissimis illis sæculis gauiso à Ciuitate Parmensi successit contrarius, subiectione stante, vel deditione, vel occupatione de facto Ducum Mediolanensium, de qua mentionem facit Statutum *in Rubrica de confirmatione, & approbatione Domini &c. Summario Num.* 8. Hoc autem Domino imperante cum Communæ Parmæ *anno* 1494. deliberasset nonnullas facere additiones reformationes, & correctiones antiquis *Statutis = pro bono Regimine dictæ Ciuitatis, & ad tollendas certas difficultates, quæ occurrebant in intelligentiam Statutorum Ciuitatis Parmæ, & etiam ad supplendos aliquos defectus eorumdem Statutorum* = sunt verba prohemialia legenda *in Summario Num.9.* Præces porrexit dicto Duci Mediolanensi prò obtinenda *dd. additionum, seù reformationum* confirmatione, quàm de facto obtinuit. Perspecta tamen vtraque voluntate, supplicantium nempè, & Confirmantis, euidens est, quod nec illi petierunt nec iste concessit nisi meram, & simplicem confirmationem *Legis municipalis*, illam nimirùm relinquendo in suo esse, & Statu natiuo *Iuris Popularis*, & addito dumtaxat munimine extrinseco confirmationis, nullam ampliorem vim intrinsecam, seù extensiuam attribuentis. Ita Parmenses supplicarunt = *approbare, & confirmare tali modo, quod in futurum habeantur PRO TALI LEGE MVNICIPALI in ipsa Ciuitate, prout ALIA STATVTA HABENTVR = Summario Num.* 10., clarius se expressit Princeps in confirmatione = *fatte che abbino quella autorità con queste addizioni, che haueuano prima, che li fossero fatte = Sum. Num.*11. Et demùm in Publicatione facta à Generali Consilio Parmensi dd. ad-

140 Anno 1494. pro fæliciori statu Populi, correctiones antiquis Statutis factæ porrexit Duci Mediolani confirmandas.

141 Quod obtinuit vti de Legibus municipalibus, in antiquo eorum statu ideircò relictis.

142 Ita se habuit Parmensium supplicatio.

143 Et ita se continuit Dux confirmans.

dd.additionum, & confirmationis respectiue, semel atquè iterùm dictum fuit = *& vt pro LEGE MVNICIPALI in futurum habeantur decretum est* = & paulo infra = *Pro Statutis, & LEGIBVS MVNICIPALIBVS habeantur, & obseruentur* = *d.Summ.d.Num.9.litt.C.*

144 Et ita professi sunt Parmenses in earum publicatione.

56. De huiusmodi ergò confirmatione ex ore Principis confirmantis taliter qualificata inutiliter disputaremus, an illa dederit nouam vim extensiuam quoad *Ius* solummodo, vel potiùs intensiuam quoad *actum*, pro effectu comprehendendi Personas, & res Statuentium Iurisdictioni minimè subiectas, quæ de cæterò tamen ipsius met Principis *Lege* afficerentur, seù quod idem est, an eadem confirmatio transire fecerit *Legem Populi in Legem Principis* confirmantis, vel potiùs illam reliquerit in suo esse natiuo *Legis Popularis, & municipalis*. Nàm licèt distinctio communiter recepta illa sit, quod confirmatio accedens *Statuto valido*, condito nimirùm ab Vniuersitate Regalibus, & Iurisdictione pollente, non immutat qualitatem *legis municipalis, & Popularis*, sed solùm addit robur extrinsecum intra Cancellos tamen personarum, Bonorum, & casuum, quibus Statuentes *legem* dicere potuerunt. Secùs si confirmatio accedit *Statuto invalido*, facto scilicèt contra *Ius* ab Vniuersitate Iurisdictione carente, quia tunc totam subsistentiam illi attribuit Principis confirmatio, vndè *lex* Principis, non Populi censenda est, militatquè in his terminis legale illud dicterium *quod nostra facimus, quibus nostram impartimur auctoritatem* per ea quæ solidè aduertunt, *Menoch. cons.* 250. *num.* 14., *& seqq.*, *& cons.* 351. *num* 2., *Suarez. de leg. lib.* 3. *cap.* 35. *n.* 14. *lit.D. Castropal. oper. mor. tom.* 1. *de leg. tract.* 3. *disput. prima punct.* 24. §. 1. *num.* 6., *& concorditer docent, Felin. in cap. cum accessissent num.* 5. *de constit. Cephal. cons.* 35. *n.* 26., *Zeiglier. de Maiestat. lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 18., *Tartagl. de reseruat. Statut. art.* 32. *num.* 28., *& seqq.*, *Antonell. de loc. legal. lib.* 2. *cap.* 15. *sub num.* 102. *vers. quod intellige*, *Panimoll. in annot.* 1. *ad decis.* 97. *num.* 38., *Rota in dicta Balneoregien. coram Oran. die Lunæ* 9. *Maij* 1588. *prope fin. registrata apud Mell. post allegat.* 13., *& post Contr. discept.* 132. *vers. aut egredi*, *& in recent. decis.* 87. *num.* 9. *par.* 13.

145 Quibus stantibus frustra queri potest, vtrùm lex Populi in legem Principis transfusa fuerit.

146 Id quæri potest dum agitur de Statuto inualido ex defectu potestatis Statuentium.

147 Secus in illis conditis ab Vniuersitate pollente Regalibus.

148 In Statuto inualido dumtaxat militat dictarium, quod nostra facimus, quibus nostram impertimus auctoritatem.

57. Extrà tamen propositum in hac distinctione insisteremus, quia nostrum factum occasionem etiam quæstionandi suffocat. Quippè si Dux Mediolani confirmans expressè professus fuit suæ voluntatis esse, quod *Statuta* cum *additionibus* haberent eandem auctoritatem, ac *Statuta* antiqua sine additionibus *Fate che abbino quell'autorità con queste addizioni, che aueuano prima che li fossero fatte* = *dicto Summario Num.* 11. Nil clarius verificare potest, quod sicuti *Statuta* antiqua sine

149 Extranea hæc quæstio quoad Statutum Parmen. attenta expressa voluntate confirmantis, vt pro legibus municipalibus haberentur.

ad-

150
Quarum naturam idcirco non mutarunt quamuis confirmata à Principe Dominante.

additionibus non transcendebant gradum *Legis Popularis*, ità eandem numero indolem retinuerunt *Statuta* cum additionibus, quamuis confirmata à Principe, sub dicta tamen restrictiua, & modificatione quæ vtpote ex Principis ore prolata euidentiorem sibi figurare nequit demonstrationem, vt argumento ducto à *Clementin. prima*, vbi Scribentes *de Probat.*, & à *leg. fin. Cod. de leg.*, *& Constit. Princip.* generaliter probant *Menoch. cons.* 351. *num.* 2., *Card. de Luc. de Legit. disc.* 10. *num.* 24. *de Iudic. disc.* 35. *num.* 19., *& ad Bull. Innoc.* §. 2. *num.* 17., & magis in specie *Paris. cons.* 19. *num.* 58. quem laudat *Rot.* in pluries infrà allegandis *Balneoregien. coram Orano*, *& Pamphilio*.

151
Reassumpsit d. Ciuitas Statum Reipublicæ in Sæculo 15., vsquequo de anno 1511. deuenit sub dominio S. Sedis.

58. Progrediendo autem hystoricam narrationem diuersorum Statuum Ciuitatis Parmæ, hæc *in Sæculo XV.* reassumpsit formam Reipublicæ, vt ex *Fontanin. fol.* 323. *in nota*. De anno verò 1511. voluntaria deditione rediit ad Dominium S. Sedis sicuti narrat laudata *dissertatio hystoric. politic. Legal. fol.* 32., ibi = *Le quali* (idest Parma, & Placentia) *à parlar giusto erano vacanti, e senza verun Possessore &c. Sicche quei Cittadini giudicarono che fosse doueroso, e di loro vantaggio il ritornare sotto la Chiesa Romana, che le aueua possedute ne' tempi più remoti, facendone volontaria dedizione al Papa* = & comprobat supplicatio à Parmensibus porrecta *sa: me: Paulo III.* in cuius *capitulo* 29. hæc leguntur = *Ab eo anno, quo Ciuitas nostra venit in ditionem S.R.E.* = & sparsim etiam in dicta supplicatione vsurpatum legitur vocabulum *Reipublicæ Parmensis*, *Nostræ Reipublicæ* cum similibus, vt *Summ. Num.* 12. *litt. A. B.*, *& M.*

152
Obtinuit confirmari Statuta à sa: me: Paulo III. in forma communi, vt proprijs legibus viueret.

59. Occasione huius deditionis dicta Ciuitas Parmensis supplicauit Sanctissimo pro confirmatione *Statutorum suorum*, ea insuper adhibita expressione = *Vt legibus proprijs vti possint*, *& secundum easdem viuere* = *eodem Summ. Num.* 12. *litt. C.*, *& D.* Cui petitioni ità Summus Pontifex respondit = *Placet Sanctissimo Domino Nostro, quod confirmentur Statuta quatenùs non sint contra libertatem Ecclesiasticam, & tàm ea, quàm priuilegia, quatenùs à quinque annis retrò fuerint in viridi obseruantia* = *eodem Num.* 12. *litt. E.*

153
Vetera Statuta permanserunt in eo statu, quo erant nec ex mutatione Domini, seù reuersione ad antiquum ea mutantur, aut cessant, nisi abrogentur.

60. Ergò vetera *Statuta* manserunt in eo statu, quo erant, & cum eadem auctoritate, quam antea obtinebant, nam quando Ciuitas aliqua voluntariè se dat nouo Domino, vel ad antiqui Domini potestatem reuertitur, quantumuis hic possit abrogare *Statuta* condita in statu libertatis, si tamen non abrogat, illa manent, vt prius in sua firmitate legitimo titulo conquisita in d. Statu libertatis. Non enim per deditionem cessant ipso *Iure* antiqua *Statuta*, sed in eo tantum casu, quo

nouus

nouus Princeps illa annullet, vt specialissimè docet *Ludouic. Roman. consil.*218., vbi de Ciuitate Pisarum, quæ Florentinis se dederat *Mandos. ad eundem Roman. additionator*, vbi quod multa facta tenent, & quod regula cessationis *Statuti*, quando res ad eum Statum deuenit, à quo incipere non poterat, non procedit, vbi actus ab initio fuit vtiliter gestus, idemque firmat *Oldrad. consil.*247. *vers. factum tale est in primo dubio*, eamdemque tenet Sententiam *Bart. in tract. Tyberiad. Insul.* §. *Nullius enim esse creditur nu.*10. *vers. Sed quæro illæ gentes*, quem sequuntur *Alderan.*, *Mascard. de Stat. interpret. conclus.*9.*nu.*106., *Alexand. consil.*151. *sub num.*5.*lib.*2., *Honded. consil.*13.*n.*17., *Pellegrin. consil.*2.*n.*28.

154
Regula cessationis Statuti quando res ad eum statum deuenit à quo incipere non potest, non procedit, quando Statutum ab initio vtiliter factum est.

61. Cum ergò hìc dubitari nequeat quod Ciuitas Parmæ vtiliter *Statuta* condiderit fræta tum consuetudinis vi, tum irreuocabili titulo *Pacis Constantiæ* de qua mox dicebamus, & benè etiam *Card. de Luca de Iudic. discurs.*35. *num.*22. consequitur inde, quod mutatio Domini non importauit suaptè natura mutationem *legum*, quæ immò preseruarunt quales prius erant quando idem Dominus illas non cassauit ad optimam Doctrinam *Bald. in cap. Translato nu.*4., *& seqq. de Constit.*, vbi affert exemplum Populi Romani, quod dominium transtulit in Cæsares, sed non per hoc *Leges*, *& Plebiscita* obsoleta sunt, nisi in ea parte, qua Cæsaribus placuit illa innouare, vndè dicterium illud *nouus Rex*, *noua Lex* procedit dumtaxat si mutetur, quia Princeps ad id omnimodam habet auctoritatem, sed si non mutetur, durat vt antea, & qualis antea *ex Doctrinis nuper allegatis*.

155
Statuta Parmæ vtiliter gesta sunt in statu libertatis ex optimo titulo Pacis Constantiæ, & perantiqua consuetudine.

156
Populus Romanus non per hoc, quod in Cæsares dominium transtulit cessarunt Plebiscita.

157
Dicterium: *Nouus Rex*, *noua lex* procedit, si hæc mutetur, si secus illa durat, vt antea.

62. In concreto casus nulla allegari queit abrogatio, sed imò constat, quod noui Principes *leges Parmenses* tamquam *proprias Populi* confirmarunt vndè si ad dandam illis firmitatem in esse *legis Popularis*, satis fuisset patientia Domini positiuè non abrogantis, vt specialissimè dixit *Card. de Luca de Iudic. discurs.*35. *sub nu.*63. non enim requiritur positiua confirmatio, quæ ad cautelam tantum, non ad necessitatem petitur nouo adueniente Principe optimè *Knichen. encicloped. cap.* 16. *num.*62., *&* 65.; Quid dicendum in subiecta hypothesi, vbi Principes Populo requirente *antiquas leges* approbarunt, quales erant, & ob id aliam non indulserunt confirmationem, quam in forma communi, sicuti apparet ex tot modificationibus, & restrictionibus, quibus connotata legitur *Alexand. consil.* 123. *num.* 22. *vol.* 4., *Tusch. practic. conclus. litt.C. conclus.*707. *nu.*10., *Conciol. ad Statut. Eugub. in prælud. n.*69., *&* 70., *Constantin. ad Stat. Vrb. in prælud. à num.*62. *ad* 66., *Less. decis. Aragon.* 93. *num. primo*, *Rota parte prima diuers. decis.*780. *num.*5. *coram Mantic. decis.*222. *num. primo*, *&*

158
Parmæ nulla mutatio, seu abrogatio antiquorum Statutorum intercessit sub Dominio diuersorum Principum, sed vti leges municipales semper manserunt.

159
Confirmatio à nouo Principe peti solet ad cauthelam, non quod sit necessaria.

160
In casu Statutorum Parmensium confirmationes omnes in formâ communi factæ.

decis.272. num. primo vers. quinimmò coram Merlin. dec. 740. *à num.4. ad 9. in Recent. decis.438. num.44., & seqq. part.4. decis.166. num.5. par.5. decis.179. num.37. cum seqq. parte 9. tom. primo, & in Augustana Canonicatus super Fructibus 5. Iunij* 1719. *§. Manifestum coram R. P. D. Cerro.* De natura autem confirmationis in forma communi est *Statuta* relinquere in sua natiua auctoritate, addito dumtaxàt extrinseco munimento nullam ampliationem in vi intensiua, & intrinseca præseferente sicuti vnanimiter tenent *Dec. in leg. Merè nu. 3. ff. de Iurisdict. omnium Iudic., Natt. cons.322. nu.4. ad seqq., Roland. cons. primo num. 65. lib. 4., Solorzan. de Iur. Indiar. tom.2. lib.2. cap.26. num.56., Urecol. consult. forens.47. nu.2., Rot. coram Cerr. decis. 542. num. 7. coram Buratt. decis. 170. num.15., & 16. coram Emerix Iun. decis. 950. num.6. in Rec. decis. 156. num.3., & 4. part.6. decis. 377. num. 18., & 25. part.17., & decis. 229. num. 15. part.19. in Meleuitana Iuris Optandi 2. Iunij 1704. §. Ex his autem coram bo: me: Omanna, in Firmana Annuæ Præstationis 22. Februarij 1706. §. Exclusa coram bo: me: Molines, in Constantien. Iurisdictionis super Bono Iure 4. Iunij 1717. §. 14. coram bo: me: Ansaldo, & in Romana Consulatus Nationis Florentinæ 23. Iunij 1719. §. Nec pro illis, cor. R. P. D. meo Cerro.*

161 Quæ confirmatio addit solum robur extrinsecum, illis in eorum natiua authoritate relictis.

63. Sumus ergò *in Statutis* non Ducum Mediolani, non Summorum Pontificum, sed Communis Parmensis legitima pro illis condendis auctoritate suffulti, quæ licet à dd. Ducibus Summisque Pontificibus, & ab ipsismet Principibus Farnesijs, in communiori tamen forma, confirmata fuerint, retinuerunt hoc non obstante originariam suam qualitatem, & indolem *legis municipalis, & Popularis* à Populo Parmensi legitimo titulo publicatæ, quam virtute dd. confirmationum solum extrinsecum munimentum superaddentium transgressæ non sunt, nec transgredi potuerunt, vt in terminis Ciuitatis *Ferrariæ* reuersæ post deuolutionem ad Sanctam Sedem, quod perseueret cum eius *Statutis* antiquis notat *Card. de Luca de Statut. Success. §.2. num.24.*, & de Ducatu *Vrbinaten.* viuente adhuc cum legibus Ducalibus idem *Card. de Luca loco citato nu.25.* Hæ igitur *leges Populi Parmensis* nunquam congruere potuerunt hæreditati Serenissimæ Ducissæ Mutinæ, quia eius persona duobus æquè principalibus respectibus dictis Statutis subdita non fuit, sicquè deficit in radice prima, & potissima subiectio personæ, & bonorum sine qua *Statutum* nihil operatur. Præfata enim Serenissima Margharita ratione suæ originis, & natiuitatis filia erat Ducis Raynutij Parmæ, & Placentiæ Regnantis. Vndè tanquam filia Supremi Principis Subdita esse nequiuit *legibus Popularibus* in tali esse reduplicatiuo con-

162 Statuta Parmensia retinuerunt proinde primæuam, & natiuam indolem legum Popularium.

163 Sed etiam accidit Ciuitatibus Ferrarien., & Vrbinaten. ad S. Sedem deuolutis.

164 Quæ idcirco leges inapplicabiles sunt Personæ, & Hæreditati Ser. Duc. Mutinæ eisdem non subiectæ.

165 Ratione suæ originis, & natiuitatis vti filia Supremi Principis subdita non fuit legibus Populi.

confideratis, & permanentibus, quid quid dicendum foret *de Legibus Supremi Principis* hoc est, vel talibus in origine, vel ad sublimiorem cathegoriam *Legis Regiæ* afcensis in vim confirmationum accedentium *Statuto* vndequaquè inualido stante defectu potestatis in statuentibus circa quas diuersæ cadunt *Iuris* inspectiones, tàm in ordine ad ipsummet Principem legislatórem, quàm respectu Filiorum, & Familiæ eiusdem, nullatenùs de cætero congruentes *Statutis Popularibus* validis ei Subditos afficientibus ex auctoritate Populi, & pro maiori tantum extrinseca firmitate confirmatis à Supremis Principibus ex temporum vicissitudine Parmæ Imperantibus. Nàm hæc indubitanter, & indubitantius Principis personam, bona, resque minimè afficiunt, vt ex *Nouell.* 105. *Iustinian. versus fin.* subsumunt communiter *Felin. in cap.*1. *num.* 30. *de Constit.*, *Matthaeс. lib. primo de via, & ration. Iur. cap.* 34., & post *Aristol. Ethicor. lib.*5. *cap.*6. tradit *Bernard. subtbolt. in dissert. de Iurisdict. num.* 43., *Struu. Syntagm. Iur. parte prima exercit.* 2. *lib. primo tit.*3. *fol.*48. *nu.*10. vbi postquam dixerat *quod Imperator licet Legibus fundamentalibus, vt loquuntur Capitulationes scilicèt Cæsarea, & similibus quibus se adstrinxit promissis obligetur &c. Legibus tamen Ciuilibus quæ in Imperio sunt Subditis latæ, vel vsu receptæ est solutus, Iason.&c.Similiter hoc per analogiam quandam ad Principes Imperij potest applicari quantum quidem attinet Constitutiones eas quas suis in Prouincijs Iure quodam &c. Subditis præscribunt* = *Ioann.Volk. in Coment.ad auream Bull.exercit.*2.*ad tit.primum verb. Se debeant obligare fol.*46. pariter distinguens *inter Leges quæ pertinent ad Statum Imperij publicum, & alias ad Statum Priuatorum, & Subditorum pertinentes,illas obseruant,sed his sunt soluti* = subditquè *quod non obligantur tàm quoad vim directiuam, quàm coactiuam* = *Gob. de Acquis quæst.*29. *nu.*49. cum alijs apud *Larr. allegat. Fiscal.* 58. *num.*6. *parte prima*, *Del Bene de Parlament. cap.*2. *dub.*4. *sect.*36. *nu.*2., *Bonden. collect. legal.*35. *n.*46. *vol.*2.

166 Quidquid dicendum esset de legibus ipsius Principis.

167 Aut de illis Populi inualidis, & à Principe confirmatis.

168 De Persona, & bonis Principis nulla dubitatio circa eorum exemptionem.

64. Vnde pari *Iure* Principis filias Principisque Familiam vi auctoritatiua compræhendere non possunt, quia Imperantis Filij de Paterna in Populum Superioritate participantes constituunt quandam tertiam personarum speciem *à Populo* totalitèr distinctam, sicque *legibus Popularibus*, nec subiectam, nec subijcibilem ad communissimam probatissimamque Sententiam, quam magistralitèr ad rem nostram defendunt.

169 Quod procedit etiam quoad eiusdem Principis Familiam, quæ tertiam constituit speciem à Populo distinctam.

1. *Card. Zabarell. consf.* 2. *per tot.*, vbi respondit Statutum Ferrariæ *rubr. de Success. ab intestat.* excludens fæminas, locum non habere in hæreditatibus Marchionum Ferrariæ, licet ageretur de Bonis sitis in Territorio Ferrariensi ob eam

170 Referuntur grauissimi DD. assumptum tenentes in puncto Statuti confirmati, & exclusiui Fæminarum, & ad alios effectus.

nempè rationem, quia Statuto inferiorum non ligantur Superiores.

2. Eumque sequitur *Felin. in cap.1. num.30. de constit.*

3. *Angel. in l.1. num.6. ff. quod quisque Iuris.*

4. Et ibi etiam *Iason. pariter num.6. & in l. Venditor 14. §. Si constat. num.1.*

5. *Buccafer. cons.110. num.27.*, inquiens in Causa Ducis Montis Martiani, quod Statutum conditum à Communitate non ligat Principem, nec eius Vxorem, subditque *num. 45.*, nec etiam ligare filias Principum.

6. *Panzirol. consil. 1. num. 98.*, vbi plenè disputata huiusmodi controuersia illam resoluit iuxta nostram Sententiam, quam veriorem vocat.

7. *Mandel. Alb. cons.375. num.1. & seqq.*

8. *Natt. cons.44.*, dicens id procedere tàm & si Dominus consideretur vti Ciuis loci, in quo adest Statutum.

9. *Honded. cons.13. num.59. & seqq. lib. 1.*

10. *Riminald.Iun. cons.3. sub num.14.*, asserens *Statutum Mutinæ siue confirmatum fuerit* (sunt eius verba) *ab Illus. rissimo, & Excellentissimo Duce Alphonso fel. mem., vel vt antiquum, vt in præfatione dicitur, & eo viuente conditum, siue ab Excellentissimo Duce Hercule, & illius filio ligare non debet hunc Illustrissimum D. Marchionem prioris Principis filium posterioris, verò Fratrem doctrina est Cardinalis consil. 2. loquentis in Statuto Ferrariæ fœminarum exclusiuo vbi tenet, quod non ligat Dominum March. Nicolaum, nec Magnificam Thadeam illius Filiam, sequitur Felin. in cap.1. &c. & vltra Filios ad SORORES Principum porrigit hoc Brun. &c.*

11. Idemque firmat *cons.340. num.34. & seqq.*, hæc habens = *Secundo respondetur illud Statutum non habere locum in Instrumentis, de quibus agitur cùm Principe celebratis; quia Superioris auctoritas in dubio semper intelligitur excepta, cap. Venientes, & ibi notata de Iureiurand. comprobatur, ex doctrina Cardinalis cons.2. in fin. loquentis de Statuto fœminarum exclusiuo, quod non habet locum in Marchione Nicolao, nec eius filia, sequitur Felin. in cap.1. num.13. de constit.*

12. *Albert. Brun. cons. feudal.118. vers. persona autem*, vbi allegans *Card. Zabarell. d. cons. 2.*, docet *Filiam Domini non compræhendi sub Statuto Loci, quia est de Familia Dominorum Castri, quæ differt à Subditis, & est diuersa species, vt per Bald. &c. & consulit Card. cons.2. dicens quod sunt de loco, sed non Subditæ Statutis Loci.*

13. Idem *cons.139. §. Tamen pro veritate vers. quod fortificatur*, vbi pariter allegans *Card. Zabarell. d. consil.2.*, sic ait = *Quod forti-*

fortificatur, quia Statuta Loci non ligant illos, qui sunt de Familia Dominorum, nec Filias eorum secundum Cardinalem &c. Seque ipsum allegans, inquiens = *Et dixi plenè in tractatu de Statutis excludentibus fæminas in sexto articulo principali secundo membro septima quæstione cum secundum Cardin. consl. prælegat., qui consuluit in Illustribus Dominis Ferrariæ licèt sint Ciues non eo minus sunt Domini, & quod non dicantur esse eadem Vniuersitas facit, quia diuersa est Familiarium, seù talium Domesticorum subiectio à subiectione Hominum Villæ.*

14. Latissimè ac magistralitèr *Menoch. consl. 250. 351. & 551.*, quæ allegat *in tractat. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 5.*

15. *Besold. consl. 272. num. 30. & seqq. & num. 54.*

16. *Spad. consl. 148. num. 4.*, vbi allegat *Zabarell. Menoch. consl. 250., & Rot. in vna Balneoregien. Bonorum cor. Oran. lib. 1. & consl. 258. nu. 23.*, paritèr sequens *Menoch. consl. 351. lib. 3.*

17. *Gatt. consl. 6. num. 51.*, vbi tradit Agnatos de Familia Gonzaga non ligari Statutis, quia sunt de Familia Dominorum.

18. Et in terminis Statuti Parmen. de melioratione monetarum, *Sacc. respons. 41. num. 25. & 26.*, vbi quod Princeps Octauius illo non ligabatur. 171 Sacc. Parmen. loquitur de Duce Octauio Farnesio in puncto Statuti Parmen.

19. *Tiraquell. in tract. de retract., Lignager. glos. 13. nu. 38.*, allegans *Zabarellæ consilium Felin., & Rocc. de Curt.*

20. *Brun.*, qui in superiùs citato *consilio* se ipsum allegauit in tractatu, *quod stantibus Masculis Fæminæ excludantur art. 6. num. 67.* 172 Add. ad Stat. Parmæ sequuntur Brun. ita tenentem.

21. Cum quo pertranseunt in puncto *Statutorum Parmensium Addentes ad eadem Statuta, in adnot. ad 1. libr. cap. 1. vers. & an ligent Principem fol. mihi primo.*

22. *Roland. à Vall. in tract. de Lucro Dotis quæst. 83. num. 10. & 12. & quæst. 84.*, vbi examinans quæstionem an Statutum conditum à Ciuitate, vel à Principe disponens de lucro Dotis habeat locum in Dotibus per Principem constitutis eius Filiabus, & Sororibus nuptis in ipsa Ciuitate, illam resoluit *negatiuè*, eam pluribus confirmando rationibus, & refellendo contraria.

23. *Peregr. de Testamentis Coniugum lib. 3. cap. 26. num. 2.*, inquiens Statutum de Lucro Dotis non habere locum in Dote, quam Princeps Filiæ, vel Sorori constituit.

24. *Rocc. de Curt.* allegatus *à Tiraquell. in cap. vltimo de consuetudinibus sect. 8. num. 51.*

25. *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 36. num. 34.*

26. *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 5. num. 2.*, vbi se

ipsum allegando in supracitatis consilijs ait, quod Lex data Subditis tametsi pro comodo Ciuium à Principe confirmata, eiusdem tamen Filios non obligat, quia Ciues, & Subditi tanquam inferiores non possunt statuere contra Principem suum, eiusque Filios.

27. *Schrader. de feud. tom.1. 2. part. quæst. part. principal. sect. 3. ex num.*142., vbi postquam fundamenta inuicem pugnantium Sententiarum luculentèr deduxerat *num.* 151. *in fine*, quæstionem absoluit verbis illis = *Et licèt hæ rationes pro, & contra fortitèr, stringant, Ego autèm eius Sententiæ sum Constitutionem Marchiæ Brandeburgensis ipsos Marchiones non ligare*..

28. *Rosenth. eodem Tractat. de Feud. cap.7. conclus.25. in Glossi. litt.D.*

29. *Salas de Leg. quæst.96. Tractat.14. sect.2. num.23., & seqq.*

30. *Petr. de Potestate Principis cap.13. num.16.* auctoritate *Rotæ coram Put.*, inquiens Statutum Pallauicinorum excludens lineam Fæmininam non compræhendere Dominos, eorumque Bona.

31. *Bonaccin.* paritèr *de Legibus Tom.2. disputat.1. quæst.1. num.26.*

32. *Castropal. Oper. Moral. Tom.1. de Legibus Tract.3. disputat.1. punct.24. §. Primo num.6.*

33. *Dian. Oper. coordinat. Tom.6. Tractat.1. de Legibus resolut.53. num.21.*

34. *Michalor. de Fratr. part.3. cap.11. num.27., & seqq.*

35. *Balducc. ad Ramon. in obseruat. ad consi.45. num.5.*

173 **Betsius laté examinato Articulo, differtissimè probat Principem, eiusque Familiá minimè ligari Statutis suorum Subditorum.**

36. Optimè *Betsius de Primogenit., siuè de Statut. fact., & consuetud. Familiar. Illustr. cap.8. num.*40., vbi disertè probat, quod quemadmodum absurdum, & *legibus* contrarium esset, quod Princeps ligetur *Statutis* Subditorum, vel Antecessoris sui, cum par in parem non habeat Imperium, ità etiam non decet, nec fas est, quod eisdem *Statutis* subijciantur *Filij*, siuè *Fratres*, aut *Familia Principis*, nàm sicuti toti Familiæ qualitas Dignitatis communicata, atque tributa dicitur, ità etiam quicumque ex ea nascuntur, soluti censentur *à municipalium legum* vinculo, ideòque postquàm demonstrauerat suaptè natura, seù regularitèr, Filios Principis frui debere eisdem Priuilegijs, & commodis, quibus Pater, deindè Sermonem concludit id locum habere *in Statutis* etiam à Supremo Principe confirmatis, inquiens = *Et hinc etiam infertur Principem in confirmandis Statutis Subditorum suorum semper censeri excepisse suam Personam ea ratione, quod in generali dispositione non includatur Persona loquentis, leg. inquisitio &c.*

quæ

quæ regula locum etiam habet respectu Filiorum, & Sanguine coniunctorum ipsi Disponenti, & Confirmanti, sicuti tradunt Petr., & Cyn. &c.; Ergò sicuti Princeps in confirmatione Statutorum dicitur excepisse propriam Personam, nè illis Statutis ligaretur, ità paritèr dicitur excepisse Personam Filiorum suorum ==

37. *Tepat. var. Sentent. Tom. primo sub tit. de Statut. in gener. fol. mihi 62. Colum. 2.* tradens *Statutum* Ferrariæ non afficere Filias Dominorum Ducum, vt etiam *Statutum*, Mantuæ non solùm minimè ligare Familiam Principis, sed nec etiam porrigi posse ad illos, qui ipsius Familiæ Priuilegijs decorati fuerint.

38. *Tusch. Practic. Conclus. lib. 5. Conclus. 553. num. 43., & seqq.*, vbi firmat similia *Statuta*, siuè sint ipsius Communitatis, siuè ipsorum Dominorùm, & Superiorum, non solùm minimè ligare ipsos Dominos, nec illorum Bona, sed nec etiam comprehendere Dominorum Filios illorumque Bona, dicens prætereà id procedere etiam respectu Personarum, quæ in excelsa Dignitate constitutæ sunt, ideòque speciali nota dignæ.

39. *Marescott. var. resolut. lib. 1. cap. 9. num. 3., & seqq.*, inquiens == *Quod huiusmodi Statutum non ligat Filias Domini Ciuitatis, seù Castri, vbi Bona sunt posita, quo minùs succedant secundum Iuris dispositionem* ==, & licèt id dicat, non procedere respectu *Statuti* conditi ab ipso Domino, nihilominùs quotiès agitur *de Statuto* condito ab ipsa Vniuersitate firmat illud licèt confirmatum à Domino, non comprehendere tamen eiusdem Filias == *Quia natura confirmationis est addere robur Statuto confirmato quoad Ius, non autem quoad Actum, vt comprehendat Filias Dominorum, quæ anteà non comprehendebantur* == Subdens quod istud præsertìm obtinet, vbi *in confirmatione sit dictum, quod Statuta seruentur ab omnibus de Ciuitate, seù Castro, quia tunc ex Mente Confirmantis, quæ in hac materia potissimùm attenditur, leg. omnium &c., comprehenduntur tantùm Subditi, & Vasalli, quibus verba adaptantur, non autem Filiæ Dominorum, quibus verba non conueniunt cum non dicantur de Castro, seù Ciuitate ad notata &c., & consequentèr in eis non habet locum Statuti dispositio leg. 4. &c., & nu. 8.*, allegat *decisiones in Balneoregien. Bonorum coram Oran., & Pamphil.* 174

Et hoc ipsum Marescott. lib. 1. cap. 9. innixus authoritate Sacræ Rotæ.

40. *Rub. in suis Singular. Rot. Roman. de Statut. Interpretat. part. 6. obseruat. 13. §. 3.*, vbi licèt se ex Mente *Rotæ* reprobare dicat, *Menoch. cons. 250., & 351.*, in ea parte qua dixit, Filias Principis non ligari *Lege municipali* condita ab Vni-

uersitate carente Potestate Statuendi, confirmata tamèn Supremi Principis authoritate, attamen nostram sequitur Sententiam, quando agitur *de Statuto* condito à Populo Statuendi Potestate prædito, illud enìm tàm etsi à Principe fuerit confirmatum Filias Principis, minimè comprӕhendere tradit, & afferens disparitatis rationem inter vtrumque casum, eosdem tamèn parificat, quando *Statutum* conditum ab Vniuersitate carente Statuendi facultate, mandat *Fæminas dotandas esse iuxtà morem Castri*, tunc enim tale *Statutum* tàm etsi confirmatum à Principe non compræhendit eius Filias, quæ non sunt de Castro, ideòque eisdem non conueniunt verba *Statuti*.

41. *Cancer. var. resolut. part.3. cap.13. num.183.*, referens ità decisum fuisse per Senatum.

42. *Cyriac. controu.543. num.21., & plur. seqq.*, tradens *huiusmodi Statuta non afficere Filias Dominorum, nec eorum Bona, isti enìm de Familia sunt certa species diuersa ab ipsis Dominis, & ab alijs Subditis, & ob id omnes de Familia Principum Mantuæ, vtpotè decoratos eisdem Priuilegijs, quibus ipsimet Serenissimi Duces non ligari Statutis &c.*, atque ità decisum fuisse per Senatum.

43. *Mell. allegat.1. num.32. fol. mihi 15.*, inquiens *Statuta Ciuitatis Mantuæ, nec Filiam Principis, nec alios Sanguine coniunctos compræhendere*, paritèr testans, ità decisum fuisse per Senatum.

44. *Idem allegat.13. num.29., & 30. fol.230.*, id firmans auctoritate *Sac. Rotæ*.

45. *Antonell. de loc. legal. lib.2. cap.15. num.102.*, auctoritate eiusdem Sacræ Rotæ expressè tradit *Statuta* condita ab Vniuersitate, etiamsi ab ipso Domino confirmata non compræhendere Filias, & Neptes Domini ea ratione, *quod de natura confirmationis sit addere robur confirmato, quoad Ius, non autem quoad Actum*.

46. *Miller. Gamalog. tit. de Priuileg. Liberor. Illustr. cap.31., & 32. per tot.*, vbi latè tuetur, nec Principem, nec eius Familiam Legibus municipalibus dijudicandum esse.

47. *Meu. ad Statutum Lubecen. quæst.3. num.34., & 35.*, vbi = *nec Princeps, nec eius Familia ligatur Statutis Ciuitatis* =

48. Et consonat *Cardinalis de Luca de Alienat. discurs.37. num.12.*

175 Hæc Sententia eò magis attendenda, quia eam perpetuò secuta est Sac. Rota, vt in decis.353. Putei lib.1.

49. Profectò Sententia hæc tanquam verior omninò recipienda videtur, quia tot grauissimorum *Doctorum* Suffragijs probata reperitur. Verùm enìm verò, tàm etsi tanta Eximiorum *Iu-*

Iuris Interpretum auctoritate fulcita minimè esset; Nihilominus satis censeri deberet illam magis placuisse *Sacræ Rotæ*, quæ magistra dicitur veritatis, hanc enim opinionem sequuta fuit *coram Put. lib. primo decis.* 353., vbi expresè firmauit == *Quod Statutum Pallauicinorum excludens lineam Maternam à Successione Filij non comprehendebat Statuentem Barthol. &c. Et ratio est, quia cum condere Statuta sit Iurisdictionis secundum Barthol. &c., nemò potest in se ipsum Iurisdictionem exercere* == Decisio hæc velutì per argumentum ductum à fortiori optimè nobis fauet in hypothesi, quia loquitur *de Statuto* condito ab ipso Domino, quod potentiùs est *Statuto* condito ab Vniuersitate: Fauet etiam in ratione, quia si vis, & efficacia *Statuti* oritur ex Iurisdictione, illa porrigi certò nequit ad Filios Domini, qui ab eius Iurisdictione exempti sunt. Hanc rationem *idem Puteus* affert etiam *decis.* 191. *lib.* 2., vbi paritèr Agens *de Statutis Pallauicinorum* ex supposito, quod illa non ligarent Dominos quærebatur, an excluderent == *Auum Maternum volentem succedere Ioanni Francisco Nepoti, & fuit resolutum, quod non* == *quia Statuta erant condita per Rolandum Fratrem Polidori, & Condominum, & statuere est Iurisdictionis; Vndè circà Personam, & Bona Polidori Rolandus nullam Iurisdictionem habebat. Ideò Statutum respectu ipsius Polidori, & Bonorum eius ex defectu Iurisdictionis non valebat*; At verò si istiusmodi *Statuta* ex defectu Iurisdictionis non afficiebant Bona Domini, quia eius Personæ coherere censentur, potiori sanè *Iure* ligare nequibunt illius Filios Filiasuè, qui sunt vna caro cum ipso, & pro vna Persona reputantur, per ea, quæ loco suo dicturi sumus.

50. Hanc eamdem Sententiam *Sacra Rota* magis expresiè amplexa est *in vna Balneoregien. Bonorum coram Orano die* 9. *Maij* 1588., in qua licèt firmauerit Domini Filiam ligari *Statuto Sipicciani*, id tamen dixit ex eo motiuo == *quia Dominus Statuto contra illam vtì voluit*, admissa de cætero tamquam receptiori Sententia *Card. Zabarell.*, quod Familia Principis non ligatur *Statuto* ab ipsomet Principe condito, nisi constet de illius voluntate super comprehensione Filiorum, & Familiæ in eodem Statuto, vt legere est *in dicta decis. post Mell. dicta allegat.* 13., vbi rursùs in fine distinguit inter *Statuta* facta à Ciuitatibus comprehensis *in Pace Constantiæ*, & sic pollentibus Iurisdictione, & illa facta à Populo Iurisdictione carente, quæ in totum tribuuntur confirmanti. In successiua verò eiusdem Causæ Propositione cum constiterit, Dominum Statuto minimè vtì voluisse contra Filias, *Sacra Rota* recessit à Decisis, *vt in decisione coram eodem Orano edita Anno* 1589.,

176
Et magis ex professò secuta est in Balneoregien. Bonorum coram Orano etiam in prima decis. Anni 1588.

177
Et quidèm sequendo Card. Zabarell. in cons. 2.

178
Ibiquè admittitur Statuta condita à Ciuitatibus comprehensis in Pace Costantiæ esse valida, & confirmatione non indigere.

179
Magis exprofessò eam Sententiam secuta est Rota in posteriori decis. coram Orano edita de Anno 1589.

180 Et in successiuis decis. anni 1591., & 1594. coram Pamphil. in eadem Causa.

Summario Num.13.; & meliùs deindè in eadem Causa *coram Cardinali Hieronymo Pamphilio die 8. Martij 1591., & 11. Februarij 1594.*, quæ omnes decisiones dantur in *nostro Summario Num.14.*

181 Eamque tenuit quoque cor. Gregor. dec 279.

67. Conferunt firmata per *Rotam coram Gregor. decis.279.numero 8., & seqq.*, vbi in proposito loquens de Dominio Loci hæc habet == *Dominus autem non potest dici Ciuis Anton. de Butr. &c., & minùs comprehenditur sub Statutis de exclusione fœminarum loquentibus, Card. consil.2. ad fin., Brun. in tract. quod stantibus masculis &c. art.6. num.67.*, cum alijs per *Menoch. cons.250. num. 54. fuit dictum in Balueoregien. Bonorum 11. Febr.1594. cor. Illmo Card. Pamphilio*, de qua *Summ. dicto num.14. la 2.*

182 Et cor. Emer. dec 879., & 921., & in Confirmatoria cor. Molines.

68. Deniquè his addi potest *Rot. coram Emerix. Iun. decis.879. num.6.*, quæ loquens de quadam consuetudine inducente deuolutionem Bonorum ad Cameram Baronalem in casu lineæ finitę, vel decessus siuè filijs, ità loquitur =*Nec applicatur consuetudo desumpta ab Instrumentis Inuestiturarum ex capite recadentiarum, depositionibus Testium, & confessione Abbatis Octauij emissa in Instrumento Transactionis, quia cum illa sit contra Ius, & afferatur in terminis Bonorum Vassallorum non est extendenda ad Bona Baronum, quibus assistit regula non compræhensionis sub Statutis concernentibus dispositionem Bonorum Marescott. var. resolut. lib.1. cap.9. num.3., & seqq.* ==, quæ decisio confirmata fuit *coram Eodem dec.921. num.3.*, vbi de de hac eadem consuetudine dicit, quod illa etiàm sine veri præiudicio admissa non releuaret in hac hypothesi, quià non probatur procedere in Bonis relictis per Combaronem ex latè deductis *in prima Decisione §. Quo verò* =, idemquè repetitur in alia *Decisione Confirmatoria edita 6. Iunij 1701. §. final. coram bon. mem. Molines*, vbi rectè *Sac. Rota* argumentatur *à Statuto* ad consuetudinem, & vice versa, quià pari passu ambulare dicuntur, quippè in idem reincidunt, & conuertuntur *Tabor. axiom. Iur. num.17. cap.56. axiom.20., Cassan. ad consuetud. Burgund. fol. mihi 632. nu.42., Giurb. ad consuetud. Messanen. in probem. num.22.*: Ecquid enim aliud sunt *Statuta localia*, quàm consuetudines diù obseruatæ, deindeque in scriptis redactæ? *Rot. in Romana, seù Nullius Immissionis 9. Maij 1711. §. Amaritudo cor. bo. me. Ansaldo.*

183 Valet argumentū à statuto ad consuetudinem, & è contra.

184 Statuta enim localia non sunt aliud, quam consuetudines diù obseruatæ.

185 Non attento quid dixerit Beltram. ad decis.279. Gregor., & senserit Saminiat., vtpotè innixi d. dec. 1588. Orani, quæ potiùs fauet, & habet posteriores reuocatorias.

69. Ex quibus cum certò constet mentem, sententiamque *Sac. Rotæ*, eam semper fuisse videlicèt similia *Statuta* ex defectu Iurisdictionis compræhendere minimè posse personas, & bona Dominorum, & filiorum, frustra in contrarium afferretur *prima Decisio in dicta Balueoregien. Bonorum coram Oran.*

18. *Maij*

18. *Maij* 1588., cuius auctoritate allucinatus *Beltraminus ad dictam Decisionem Ludouis.* 279., ait filias, & neptes Principis comprehendi sub similibus *Statutis*, quia eædem non sunt Dominæ, sed subditæ Principis illa condentis, vel confirmantis, cui sententiæ adhæsit, *Saminiat. controu.* 23., nixus eadem *prima Decisione in dicta Balneoregien. coram Orano*, quam mutilatam transcribit signanter in verbis superius recitatis; Satis namque esset respondere, quod si quæstio hæc decidenda veniret auctoritate *Sac. Rotæ* eadem plana redderetur ex ijs, quę *idem Supremum Tribunal* firmauit, ac docuit *in posterioribus Decisionibus*, quas pro nostra sententia confirmanda attulerunt *Marescott. Petr. Mell. alijque allegati* Superioribus Locis, & patet *Summ. dd. nu.* 13., *&* 14.

70. Verùm prætereà dicimus, quod etiàm si sequi deberemus firmata *in dicta prima decis. anni* 1588. *coram Orano*, illa ex duplici ratione applicari minimè posset nostræ hypothesi; *Prima* videlicèt, quià *in dicta prima Decisione* processum fuit cum supposito, quod ageretur *de Statuto* condito ab ipso Domino, quo casu censent nonnulli *ex Doctoribus in contrarium allegandis*, simile *Statutum* comprehendere posse filias, atque Familias conditoris eiusdem *Statuti*, cui illi subditi sunt, licèt ex infra loco suo notandis opinio hæc tuta non sit, & prævalidos habeat contradictores, maximè si clarè non constat de Principis voluntate, vel quoad comprehensionem filiorum, & familiæ in *Statuto*, vel quoad vsum eiusdem *Statuti* contra filios. At in casu nostro agitur *de Statuto* condito ab ipsa Ciuitate Parmensi, quæ potiebatur ex firmissimo, & irreuocabili titulo *Pacis Constantiæ* Iurisdictione Regalibus, & auctoritate condendi *Statuta*, valentia idcircò *Iure Populi Parmensis*, non obstantibus subsecutis confirmationibus Ducum Mediolani, Summi Pontificis Pauli III., & Principum Farnesiorum, quià hæ omnes directæ sunt *ad Statuta Ciuitatis*, tanquàm talia, illa in hoc esse reduplicatiuo confirmantia, addendo nimirum extrinsecum præsidium *legibus Popularibus*, & non immutando illarum naturam per transitum *à Lege Populi ad Legem* Principis, vt lucidis argumentis, *& auctoritatibus* supra demonstrauimus. *Secundo*, autèm proponimus considerandum, quod in casu *d. primæ Decisionis* suppositum fuit Dominum *Statuti* Conditorem voluisse, illo vti contra proprias filias, quæ sanè ratio Capitalis *in dicta prima Decisione Orani* cum cessauerit ex deductis in successiuis propositionibus *coram eodem Orano*, *& Pamphilio Sac. Rota Sententiam mutauit ex diuersitate facti non Iuris*, *vt Summ. dd. nn.* 13., *&* 14.

186 Ostenditur d. dec. 1588. Orani potiùs facere assumpto, & sic retorqueri.

187 Processit enim supposito quod ageretur de statuto condito ab ipso Domino Loci.

188 Quo casu, accedente voluntate Principis, filiæ ipsi obnoxiæ sunt.

199 In casu nostro agitur de statuto Ciuitatis, facultate statuendi praedita ex Pace Constantiæ.

190 Confirmationes superuentæ factæ, vt de talibus.

191 Quæ dd. statuta non immutarunt.

192 Processit alterius Rota in d. p. dec. Orani cum alio supposito quod Dominus vsus esset statuto contra filiam.

193 Quo pro insubsistenti agnito Rota recessit.

71. Ad hęc verò omnia, quæ hactenùs diximus, si ratio, si argu-

194
Sententia de qua suprà pluribus fulcitur rationibus.

195
Quarum praecipua, quia Inferior non potest legem dicere superiori.

196
Quod pluribus comprobatur authoritatibus.

gumenta quærantur, quibus illa confirmentur; Profectò non desunt plurimę atquè validissimæ rationes, quibus adstrui possit sententia hæc communiori alioquin *Doctorum* consensu, & *Sac.Rotæ* oraculo confirmata. Illarum autem summam perstrinxisse videtur *Petr.Gregor. de Republ.lib.7.cap.2.num.5.*, vbi veluti tradens regulam omnia complectentem dixit quod= *In quæstione an Princeps subijciatur Legibus distinguendum est an agatur de Lege superioris, an de Lege Paris, an de Lege Inferioris: In Lege superioris inferior tenetur obedire procul dubio, non verò in alijs* =. Si igitur legi latæ à Pari, vel Inferiore nemò obedire tenetur, quia eius Iurisdictioni, & potestati non subest, quos enim Iurisdictio non tangit neque *Lex aùt constitutio* obligat *Bald.in authentic. quibuscumquè sub num.8. C. de Sacrosanct.Eccles.Iason. in l.1.nu.6. ff. quod quisquè Iuris Thabor. axiom.Iur.lib.17.cap.56. axiom.14., & axiom.17., Iacob. Schultes practicar.quæst.lib.1. quæst.3.num.115. bon.me. R.P. D.Zaul. ad Statut.Fauent.lib.1.rubr.13.num.5., & seqq., Rot. coram Put. decis.191. lib.2., & coram Merlin.dec.353. nu.9., & seqq.*; Nil profectò *Iuris* menti, immò ipsi naturali rationi magis contrarium videri poterit, quàm quod Supremus Princeps eiusque filij, ac Familia subsint *municipalibus legibus* latis ab inferiore, à Ciuibus nempè subditis, qui nullam in eos habent potestatem; Id enim improbatur acri sententia *Gregor. IX. in cap.Cum Inferior.16. de maiorit., & obed.* vbi *Felin.n.1.* alijque canonistæ, *& à leg.Nam, & Magistratus ff. de recept. Arbitr., & l. 3. in princip. ff. de alienat. Iudic. mutand. fact. Menoch. consil. 250., & consil. 351. numer. 5., Ruin. consil.84.num.4. lib.4., Meu.ad Ius Lubcens.quæst.2.n.45. Pecch. de Testam.Coniug.lib.3.cap.26.num.1., Bers. de Primogen. capit.8.num.40., Iacob.Schultes dicta quæst.3.*, quid enim aliud esset, Personas hasce normam legemque accipere *à municipalibus sanctionibus*, quàm caput parificari membris? quod *esset iniustissimum, & si fieret temeraretur ipsa ratio*, vt benè in simili proposito ait *Episcopus Caramuel in Philipp. prudent.demonstrat.lib.5.disput.4.obiect.6.§.47.*

197
Et quæ ratio æquè procedit quoad ipsum Principẽ, ac quoad eius Familiam, seu filios.

198
Illi enim, & Domini reputantur.

72. Quæ porrò rationes omnes ad eximendam Supremi Principis personam passim allegari solitæ, æquo procedunt *Iure* in filijs, & Familia. Ab erraret enim ab omni politica, & Ciuili ratione, quod filij Imperantis, qui viuente etiàm Patre Domini appellantur per *Text.in l.1.§. Domini ff.ad Senat. Consult. Sillan.*, ibi = *Domini appellatione etiam filiusfamilias cæteriquè liberi, qui in potestate sunt continentur* = Imò *Augusti* nomine decorantur in *Canon.Hadrianus il primo distinct.63.*, & quasi Reges reputantur *à Iuris consulto*, vt ex verbis *leg.2.sub initium*

tium §.*Exactis Regibus ff.de origin.Iur.* obseruat *Tiraquell. ad leg.Si vnquam in præfat. num.*21., *Valenz.cons.*199. *num.*47.; Illisusquè titulis, & prærogatiuis ornantur *Menoch.d.cons.*250. *num.*30., *& plur.seqq.*, *Besold. cons.*272. *num.* 43., *& sequen. part.*6., *Schrader. de Feud. part.*10. *sect.*5.*num.*221., *& seqq.*, *Frecc. de Subfeud.lib.*2.*titul.qui dicat.Comes fol.*106. *num.*23., *& seq.*, *Mastrill. de magistrat. lib.*4. *cap.*13.*nu.*139., *& plur. seqq.*, *Paschal.de patr. potest. part.*4. *cap.*1.*num.*53.; Quod inquam filij Supremi Principis tot titulis insigniti tantisquè prerogatiuis locupletati *Iure* illo, quo fiunt subditi ipsorum Parenti, subditi etiàm efficiantur *Legi latæ à Ciuibus*, quorum Iurisdictioni non subsunt. Quamobrem Iure meritoquè *Menoch. dicto cons.*250. *num.*47. à sæculo inauditum esse, nec aliqua *lege* sancitum reperiri, ait, quod filij Principum, qui in spè, ac potentia sunt *Domini Ciuium*, obnoxij censendi sint *legibus* latis ab illis, quibus sicuti mortuo Patre imperaturi certo sunt, ità etiam eo viuente præsumptiui illorum Domini nuncupantur, quam *Menoch.* assertionem *in dict. consil.* sparsim repetitam refert *Bets de Primogenit. cap.*8. *num.*40., *& seqq.*, & hunç sequitur *Besold. cons.*272.*nu.*47., *& plur. seqq.*

199 Vel certe non subditi legibus Populi.

73. Licèt igitur filios Regum proprijs Parentibus Subditos esse non negent Doctores apud *dict. Bess. de Primogen. citato cap.*8. *num.*39.; Nihilominùs tamèn, quià *Ius*, quo suis Parentibus Subditi subiectique sunt, longè potentius est *Iure*, & potestate, qua Ciues subiecti Principis Imperio *leges* prò ipsorum Populique Regimine condere possunt, exempti propterea minimeque legati dicendi sunt similibus, *Legibus latis prò Ciuibus*, à quorum cætu filij Principis Diuini ipsius verbi oraculo discreti videntur nàm vt habetur *Matth. cap.* 17. *circà fin.*; Cùm ab eo exigeretur *Didrachma* nomine Tributi Imperatoribus solui soliti quæsiuit ex Petro = *Reges Terræ à quibus accipiunt Tributa aut Censum à filijs suis, an ab alienis?* = & cùm ei responsum fuisset *ab alienis*, *Ergò*, inquit, *liberi sunt filij*. At verò si filij Principum Diuina Sententia tanquam discreti *à Iure*, *& Turba reliqui Populi*, declarantur exempti *à legibus*, & oneribus, quibus idem Populus ab ipso Rege subijcitur, quanto magis soluti censendi erunt à nexu, & obseruatione *legum municipalium* conditarum à Subditis, quibus in ipsos tanquàm seiunctos à Populo potestas nulla est; Quippè constituere dicuntur tertiam quandam speciem ab illo diuersam vt per *Bald. in cap. vnico tit. qualiter Vassallus iurare debeat fidelitatem*, *& Zubarell. cons.*2. tradit *Albert. Brun. in cons. Feud.*118. *in fin.*, *& cons.* 139. *pariter in fin.*, dicens non esse de passiuè comprehensis in Vniuersitate licèt actiuè sint in Territorio, & Iurisdictione Do-

200 Quamuis Parentibus Subditi dici valeant.

201 Adhùc discreti sunt à cætu Populi.

202 Quod probatur oraculo diuino apud Matth. cap.17. circa finem.

203 Filij Principum à Populo distinctam speciē constituunt.

204 Non sunt comprehensi passiue in vniuersitate.

205 Nec dicuntur de Castro, licèt in eo sint.

Dominorum loci *Cyriac. contr.*543. *num.*22., eosque non dici de Castro, vel Ciuitate, cui Pater dominatur notarunt *Butr. in cap. ex parte notabil.*3. *de Cleric. egrotante*, *Marescott. var. resolut. lib.*1. *cap.*9. *num.*8., iuxtà alibi relata verba inquiens quod propterea sub similibus *Statutis* = *comprahenduntur tantum Subditi, & Vassalli quibus verba adaptantur non autem filiæ Dominorum, quibus verba non conueniunt*, & consentit *Rot. in dicta Balneoregien. Bonorum coram Orano, de qua Summario num.*13. *litt.C. & D.*, *& coram Pamphil.*, *Summario num.*14. *litt.N. & X.*, ac omnium latissime *Menoch. dicto consil.*250. *&* 351., luculenter recensens eximias prærogatiuas ob quas filij filiæque Principum segregari debent à reliquis Ciuibus, quarum virtute si illi atque vniuersa

206 Non subiciuntur Foro Vniuersitatis.

Familia Supremi Principis non subijciuntur communi Foro, & Iudicibus ab Vniuersitate constitutis, sed conuenie idi sunt coram ipso Principe Domino, vel Iudice ab ipso delegato *Gozzadin. consil.*49. *num.*13., *Menoch. consil.*351. *num.*14., *Cyriac. d. contr.*545. *num.*25., *Carauit. in rit. M. C. V.* 46. *num.*17. *& seq.*, *Frecc. de subfeud. lib.*1. *tit. de Officio Magni Seneschalli num.*3., *Rouit. in pragmatic. Regni, pragmatic.*11. *de Milit. fol. mihi* 469. *num.*50. *& tribus seqq.*, *De Pont. de potestat. Proreg. tit. de assensu Regio* §.7. *num.*12., *Nouar. de elect. For. sect.*4. *quæst.*55. *num.*2. *&* 3., *& quæst.*56. *num.*1. *& seqq.*; Pari ratione eximi debent ab obseruatione *Statutorum* atque *legum municipalium*; Paria quippè sunt Forum non

207 Paria sunt Forum non sortiri, & Statutis non ligari.

sortiri, *& Statutis* non ligari, & vice versa *Dec. in leg. fin. in princip. ff. de Iurisdict. omnium Iudic.*, *Menoch. consil.*350. *num.*17. *vol.*3., *Suarez de leg. lib.*3. *cap.*34. *num.*1., *Sperell. decis.*12. *num.*24., *Rot. decis.*551. *sub num.*3. *part.*1. *diuers.*, *& coram Bich. decis.*288. *num.*40. *&* 41., quo argumento in proposito vtitur etiam *Sac. Rota in allegatis decisionibus Balneoregien.*, per extensum traditis *in dicto nostro Summario num.*13. *&* 14.

208 Id non nouum ad instar Patritiorum, qui, & in Republica Romana Plebi Scitis non ligabantur.

74. Et sanè si rectè cautum olim fuerat, quod Patritij, Senatoresque, licèt essent Pars Populi Romani, non ligarentur *Plebiscitis*, quià hæc tanquàm ædita *à Plebeio Magistratu*, licèt certè habente potestatem ferendi *legem*, afficere nequibant Personas ordine, & dignitate maiores ad *Text. in* §. *Constat autem Ius nostrum, vers. Plebiscitum instit. de Iur. natural. Gent. & Ciuil.*, ibique *Vin. in Coment. num.*3., *Natt. consil.*44. *sub num.*1., si vna eademque *lex* aut consuetudo vniuersum alicuius Ciuitatis, vel ditionis Populum non semper comprahendit, sed aliam Nobilitati, aliam Plebi impositam esse congruit *Giurb. ad consuet. Messan. Gloss.*7. *part. prima num.*25. 28. 37. *&* 50., *Cutell. de donat. part.*2. *special.*35., & con-

& conferunt tradita per *Sot. de Iust.*, *& Iur. lib. 1. quæst. 5. art. 3.*, *Borell. de Magistrat. Ædict. lib. 2. cap. 4. num. 44.*, quanto sanè magis consonum censeri debebit, quod filij Principis tanto præstantiores Patritijs, Senatoribus atque Nobilibus, *lege lata à Populo* minime teneantur ad notata per *Castrens. de Republic. lib. 5. cap. 20. §. 7. & seqq.*, tanquàm enim multum priuilegiati exempti censentur à legibus etiam vniuersalibus Regni *Rebuff. ad constit. Regn. Franc. in tract. de paun. aur. argent.*, *& Seric. fol. 460. num. 26.* ibi = *Excipit filios Regis quas multum, ait, esse priuilegiatos, vt in Clementina prima de Baptis., & in Extrauag. execrabilis Ioannis XXII.* 209

209 Filij Principum præstantiores sunt Patritijs, & Senatoribus.

75. Id enim veluti ex necessaria causa proficiscitur à coniunctione nempè cum persona Principis, quæ cùm tanti valeat, vt efficiat, quod eius Vxor tanquàm Socia humani, omnis *Iuris*, ipsa quoque, vt Princeps eius Vir *legibus* soluta censeatur, vt in *leg. Princeps 31. ff. de legibus* ibi = *Principes tamèn eadem illi priuilegia tribuunt, quæ & ipsi habent* = id eoque eadem quemadmodum Princeps istiusmodi *Statutis* non subijcitur, vt apud *Menoch. cons. 250. num. 38.*, *& cons. 351. num. 10.*, *Spad. cons. 268. num. 23. lib. 1.*, *Buccafer. cons. 110. num. 24. & seqq.*, *Besold. cons. 272. num. 42. part. 6.*, *Cancer. var. resolut. part. 3. cap. 13. num. 182. & seqq.*, *Iacob. Scultes. quæst. pract. lib. 1. quæst. 3. per tot.*, *Pecch. de Testam. Coniug. lib. 3. cap. 26. per tot.*; Cur filios Principum subijciemus *legibus subditorum*, quos Paterna dignitate tantopere excellunt? Cur ab ima Plebe illos non secernemus? Et cur exemplo *Augustæ* eisdem non tribuemus priuilegia Patris? quibus meliori certè *Iure* potiri oportet filios filiasque, qui sunt vna caro cùm ipso, & prò vna persona reputantur *leg. fin. Cod. de Impub.*, *& alijs substit. leg. cùm scimus Cod. de Agricol.*, *& Censib. lib. 11.*, *Canon. contradicimus §. Hac auctoritate caus. 35. quæst. 3.*, *Valenz. cons. 65. num. 69. & seqq.*, *& cons. 234. num. 50.*, *Menoch. cons. 250. num. 30. & seqq.*, *& cons. 351. num. 10. & seqq.*, *Besold. cons. 272. num. 43. & seqq.*, vbi *num. 46.*, cùm *Menoch. dicto cons. 250. num. 38.*, inquit *Dignitatem, & Priuilegia profecta à Patre maioris esse efficaciæ, quam illa, quæ in Augustam à Marito deriuantur, quià Pater, & filius vna est persona, filiusque Patrem repræsentat* = plenè *Tiraquell. in leg. si vnquam in præfat. num. 15.*, *Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 1. num. 4.*; Idque sanè confirmari posse videtur summa illa ratione, quàm ex natura ipsa Societatis inter homines constitutæ desumpsit *Vgo Grot. de Iur. Bell., & Pac. lib. 1. cap. 1. §. 3. vers. 2.* = *Sicut Societas alia est sinè inæqualitate, vt inter Fratres Ciues, Amicos, Federatos: Alia inæqua-*

210 Profluit hæc exemptio à causa necessaria coniunctionis.

211 Filij sunt enim vna caro cùm Principe Patre.

212 Et dicuntur socij societate quasi æquali.

inæqualis &c., *vt inter Patrem*, *& Liberos*, *Dominum*, *& Seruum*, *Regem*, *& Subditos*, *Deum*, *& homines*: *Ità iustum aliud est ex æquo inter se viuentium*, *aliud eius qui regit*, *& qui regitur qua tales sunt*: *Quorum hoc Ius rectorium*, *illud æquatorium*, *ni fallor*, *rectè appellabimus*, & ibi: *Gronou. litt. P.*, *& Tesmerus litt. Q. in fin.*

213 Sententia hæc tamquã tutior, & authoritate, & rationibus fulsita nõ sinit, vt Contradictores refellantur.

76. Quæ cum ità sint, & tùm *Doctorum auctoritate*, tùm etiàm rationum grauitate planè demonstrauerimus, sententiam nostram veriorem esse atque Communiorem, ideoquè superfluum videri possit *contrarias* expendere, atque refellere; nihilominùs, vt clarius veritas elucescat, non pigebit breuibus illas attingere. Id autem perficiemus distinguendo casus, sic enim illicò patebit, quod exceptis *perpaucis* plæreque ex *auctoritatibus*, quæ forte in contrarium afferentur nedùm non aduersantur, sed potiùs nostræ hypothesi, atque hodiernæ quæstioni mirificè fauent.

214 Et tamen opportuna Casuum distinctione facta, prout hic, vel fauent assumpto, vel non officiunt.

215 Primus Casus: Lege lata ab ipso Principe, concurrente eius voluntate filij quoque sub ea comprehenduntur.

216 De hac tamen voluntate constare debet per coniecturas stringentes quæ vincant contrariam præsumptionem, quæ viget.

77. Rem autem ordiendo à *primo casu*; Is est quando *statutum* exclusiuum fœminarum ab ipso Principe conditum fuit, & hoc sanè casu non potestatis, sed solius voluntatis quæstio locum habet; Si enim *Legislator* sub tali *lege* compræhendere voluerit suam Familiam, ambigi nequit, quin, cum eius Iurisdictioni filij etiam subijciantur, ijdem istiusmodi *legis* censuræ obnoxii effecti censendi sint, & de hoc casu loquuntur *Roland. cons. 86. lib. 2.*, *Saminiat. contr. 23.*, *Cirocc. contr. 29. aliique.* Veruntamen de istiusmodi Supremi Principis voluntate constare debet saltem per coniecturas stringentes, quæ vincant validam illam præsumptionem, ob quam iuxtà superius deducta argumenta, Familia Supremi Principis exempta reputatur ab istiusmodi *legibus*, ad tradita per *Cyriac. contr. 533. num. 27. Rot. cor. Card. Cerro dec. 542. num. 3. 4.*, *& seqq. coràm Bich. decis. 521. num. 9. in Recent. decis. 252. num. 9.*, *& seqq. part. 16.* Cum enim istæ obtinere nequeant eam *authoritatem*, quam habent *Leges vniuersales* consuetudinesque illæ, quæ in aliquo Regno, aut Principatu ab omnibus obseruantur; Quo casu à Principis, eiusque Familiæ dignitate minimè abhorret, si sese illis conforment, sed similes *municipales leges* semper retineant naturam *Legis particularis* referendæ ad certum locum, certasque personas, requiritur idcirco, quod constet de voluntate Legislatoris, eisdem subijciendi suam quoquè familiam ab illis alioquin exemptam, vt egregiè *Menoch. cons. 250. n. 14.*, *& seqq.*, *& cons. 351. n. 2.*

217 Quidquid dici posset de legibus vniuersalibus Regni, vel Prouinciæ.

218 Ideoque in casu legis localis voluntas Principis subiciendi debet esse aperta.

219 Quod procedit etiam in casu, quando agitur de Statuto condito ab Vniuersitate carente Iurisdictione, & per [illegible] confirmato.

78. Huic casui *à nonnullis* æquiparatur alter *de Statuto* condito quidem, non ab ipso Principe, sed ab Vniuersitate carente Iurisdictione, & potestate promulgandi *Statuta* contraria *Iuris dispositioni*. Censent autem, quod si simili Statuto accef-

cesserit confirmatio Principis, cum hoc casu propriè loquendo, Princeps non confirmare, sed denuò disponere dicatur, ideoque actus tribuatur confirmanti, & non facienti, inde inferunt, quod tali *Statuto* subijciantur filij etiam Supremi Principis, cuius, & non Vniuersitatis *Statutum* dicitur. Verùm, vt in præcedenti, hoc quoque casu oportet, quod constet de clara voluntate Supremi Principis tale Statutum confirmantis, nàm alioquin ab illo excepta semper censebitur tùm Persona loquentis, tùm illorum qui in generali sermone compræhensi nunquam dicuntur ex notatis in nostris terminis per *Ruin.consil.84.num.4.libr.4.*, *Menoch.consil.250. num.21., & seqq., & consil.351.num.5., & seqq.*, *Besold. consil.272.num.52. part.6.*, *Altograd. consil.primo num.45. libr.1.*, *Ramon.consil.37.num.47.libr.primo*, *Surd.consil.47.num.20., & seqq., & decis.13.num.11., & seqq.*, *Sebastian.Medic.de Leg., & Statut.part.4.quæst.3.per totam*, *Rocc.de Curt. cap.vltim. de consuetud.sect.8. num.51.*, inquiens, nec etiam de honestate Supremos Principes seruare teneri similia *Statuta*, tametsi ab ipsis confirmata *Petr.Gregor.de Reipubl.libr.7. cap.20.nu.22.*, *Schrader. de Feud. tom.primo 2.par. quæst.part. princip.sect.3. num.146.*, *Iacob Schultes. quæst.pract.libr.primo quæst.3.nu.6., & seqq.*, *Beth.de Primogenit.cap.8.§.40.*, *Castropal.oper.moral. tom.primo de legib. tractat.3. disputat. prima punct.24. §.primo num.6.*, *Bondeu.collect.legal.tom.2.collect.35.num.47., & seqq. & collect.37.num.37., & seqq.* *Rota coram Put.decis.84.in fin. libr.primo*.

220 Et tunc etiam de voluntate Principis constare debet.

221 Quia in generali sermone illi non compræhenduntur.

222 Secundus casus. Nec etiam ex honestate tenetur Princeps seruare Statuta.

79. Progredimur indè ad *secundum* principaliorem casum *Statuti* videlicèt editi ab Vniuersitate pollente legitima facultate statuendi, quale est illud editum à Ciuitate Parmensi tot titulos, & prærogatiuas *ex Pace Constantiæ*, & longæua Seculorum possessione obtinente, & hoc pariter *Statutum*, tametsi confirmatum reperiatur à Supremo Principe; Nihilominùs ex defectu potestatis afficere nequit filios, filiasuè, aut familiam Supremi Principis, vtpotè qui à statuentium Iurisdictione exempti omninò sunt. Absque eo quod eidem subijci valuerint vigore dictæ *Confirmationis*, quæ actui confirmato tribuere dicitur robur *quoad Ius* dumtaxàt, non autem *quoad actum*, extendendo videlicèt confirmatum ad eas res, & personas, quæ priùs nullatenùs sub illo compræhendebantur, proindèque hoc casu locum sibi vindicat nostra receptissima sententia, quæ in hoc puncto puncti vix contradictorem habet.

223 Si agatur à Statuto condito ab Vniuersitate statuendi facultate prædita.

224 Et tunc Statutum licet à Principe confirmatum illius Familiam non afficit.

225 Confirmatio dat robur quoad Ius, non quoad actum extensiuum.

80. Superest *alter casus* à nostra hypothesi penitùs penitùsque extraneus, quando nimirum Supremus Princeps, siuè Dominus Loci vult per modum priuilegij vti *Statuto* Subditorum,

226 Tertius casus quando Princeps vti vult Statuto per viam priuilegij, quod facere valet.

prout

nempè rationem, quia Statuto inferiorum non ligantur Superiores.

2. Eumque sequitur *Felin. in cap. 1. num. 30. de constit.*

3. *Angel. in l. 1. num. 6. ff. quod quisque Iuris.*

4. Et ibi etiam *Iason. pariter num. 6. & in l. Venditor 14. §. Si constat. num. 1.*

5. *Buccafer. cons. 110. num. 27.*, inquiens in Causa Ducis Montis Martiani, quod Statutum conditum à Communitate non ligat Principem, nec eius Vxorem, subditque *num. 45.*, nec etiam ligare filias Principum.

6. *Panzirol. consil. 1. num. 98.*, vbi plenè disputata huiusmodi controuersia illam resoluit iuxta nostram Sententiam, quam veriorem vocat.

7. *Mandel. Alb. cons. 375. num. 1. & seqq.*

8. *Natt. cons. 44.*, dicens id procedere tàm & si Dominus consideretur vti Ciuis loci, in quo adest Statutum.

9. *Honded. cons. 13. num. 59. & seqq. lib. 1.*

10. *Riminald. Iun. cons. 3. sub num. 14.*, asserens *Statutum Mutinæ siue confirmatum fuerit* (sunt eius verba) *ab Illustrissimo, & Excellentissimo Duce Alphonso fel. mem., vel vt antiquum, vt in præfatione dicitur, & eo viuente conditum, siue ab Excellentissimo Duce Hercule, & illius filio ligare non debet hunc Illustrissimum D. Marchionem prioris Principis filium posterioris, verò Fratrem doctrina est Cardinalis consil. 2. loquentis in Statuto Ferrariæ fœminarum exclusiuo vbi tenet, quod non ligat Dominum March. Nicolaum, nec Magnificam Thadeam illius Filiam, sequitur Felin. in cap. 1. &c. & vltra Filios ad SORORES Principum porrigit hoc Brun. &c.*

11. Idemque firmat *cons. 340. num. 34. & seqq.*, hæc habens = *Secundo respondetur illud Statutum non habere locum in Instrumentis, de quibus agitur cum Principe celebratis; quia Superioris auctoritas in dubio semper intelligitur excepta, cap. Venientes, & ibi notata de Iureiurand. comprobatur, ex doctrina Cardinalis cons. 2. in fin. loquentis de Statuto fœminarum exclusiuo, quod non habet locum in Marchione Nicolao, nec eius filia, sequitur Felin. in cap. 1. num. 13. de constit.*

12. *Albert. Brun. cons. feudal. 118. vers. persona autem*, vbi allegans *Card. Zabarell. d. cons. 2.*, docet *Filiam Domini non compræhendi sub Statuto Loci, quia est de Familia Dominorum Castri, quæ differt à Subditis, & est diuersa species, vt per Bald. &c. & consulit Card. cons. 2. dicens quod sunt de loco, sed non Subditæ Statutis Loci.*

13. Idem *cons. 139. §. Tamen pro veritate vers. quod fortificatur*, vbi pariter allegans *Card. Zabarell. d. consil. 2.*, sic ait = *Quod forti-*

fortificatur, quia Statuta Loci non ligant illos, qui sunt de Familia Dominorum, nec Filias eorum secundum Cardinalem &c. Seque ipsum allegans inquiens = *Et dixi plenè in tractatu de Statutis excludentibus fæminas in sexto articulo principali secundo membro septima quæstione cum secundum Cardin. cons. prællegat., qui consuluit in Illustribus Dominis Ferrariæ licèt sint Ciues non eo minus sunt Domini, & quod non dicantur esse eadem Vniuersitas facit, quia diuersa est Familiarium, seù talium Domesticorum subiectio à subiectione Hominum Villæ.*

14. Latissimè ac magistralitèr *Menoch. cons.* 250. 351. & 551., quæ allegat *in tractat. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 5.*

15. *Besold. cons. 272. num. 30. & seqq. & num. 54.*

16. *Spad. cons. 148. num. 4.*, vbi allegat *Zabarell. Menoch. cons. 250., & Rot. in vna Balneoregien. Bonorum cor. Oran. lib. 1. & cons. 258. nu. 23.*, paritèr sequens *Menoch. cons. 351. lib. 3.*

17. *Gatt. cons. 6. num. 51.*, vbi tradit Agnatos de Familia Gonzaga non ligari Statutis, quia sunt de Familia Dominorum.

18. Et in terminis Statuti Parmen. de melioratione monetarum, *Sacc. respons. 41. num. 25. & 26.*, vbi quod Princeps Octauius illo non ligabatur. 171 Sacc. Parmen. loquitur de Duce Octauio Farnesio in puncto Statuti Parmen.

19. *Tiraquell. in tract. de retract., Lignager. glosi. 13. nu. 38.*, allegans *Zabarellæ consilium Felin., & Rocc. de Curt.*

20. *Brun.*, qui in superiùs citato *consilio* se ipsum allegauit in tractatu, *quod stantibus Masculis Fæminæ excludantur art. 6. num. 67.* 172 Add. ad Stat. Parmæ sequuntur Brun. ità tenentem.

21. Cum quo pertranseunt in puncto *Statutorum Parmensium Addentes ad eadem Statuta, in adnot. ad 1. libr. cap. 1. vers. & an ligent Principem fol. mihi primo.*

22. *Roland. à Vall. in tract. de Lucro Dotis quæst. 83. num. 10. & 12. & quæst. 84.*, vbi examinans quæstionem an Statutum conditum à Ciuitate, vel à Principe disponens de lucro Dotis habeat locum in Dotibus per Principem constitutis eius Filiabus, & Sororibus nuptis in ipsa Ciuitate, illam resoluit *negatiuè*, eam pluribus confirmando rationibus, & refellendo contraria.

23. *Pecch. de Testamentis Coniugum lib. 3. cap. 26. num. 2.*, inquiens Statutum de Lucro Dotis non habere locum in Dote, quam Princeps Filiæ, vel Sorori constituit.

24. *Rocc. de Curt.* allegatus *à Tiraquell. in cap. vltimo de consuetudinibus sect. 8. num. 51.*

25. *Pacian. de probat. lib. 2. cap. 36. num. 34.*

26. *Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumpt. 5. num. 2.*, vbi se

 ipsum

ipsum allegando in supracitatis consilijs ait, quod Lex data Subditis tametsi pro comodo Ciuium à Principe confirmata, eiusdem tamen Filios non obligat, quia Ciues, & Subditi tanquam inferiores non possunt statuere contra Principem suum, eiusque Filios.

27. *Schrader. de feud. tom.1. 2. part. quæst. part. principal. sectione. 3. ex num.142.*, vbi postquam fundamenta inuicem pugnantium Sententiarum luculentèr deduxerat *num. 151. in fine*, quæstionem absoluit verbis illis = *Et licèt hæ rationes pro, & contra fortitèr, stringant, Ego autèm eius Sententiæ sum Constitutionem Marchiæ Brandeburgensis ipsos Marchiones non ligare*..

28. *Rosenth. eodem Tractat. de Feud. cap.7. conclus.25. in Gloss. litt.D.*

29. *Salas de Leg. quæst.96. Tractat.14. sect.2. num.23., & seqq.*

30. *Petr. de Potestate Principis cap.13. num.16.* auctoritate *Rotæ coram Put.*, inquiens Statutum Pallauicinorum excludens lineam Fæmininam non compræhendere Dominos, eorumque Bona.

31. *Bonaccin.* paritèr *de Legibus Tom.2. disputat.1. quæst.1. num.26.*

32. *Castropal. Oper. Moral. Tom.1. de Legibus Tract.3. disputat.1. punct.24. §. Primo num.6.*

33. *Dian. Oper. coordinat. Tom.6. Tractat.1. de Legibus resolut.53. num.21.*

34. *Michalor. de Fratr. part.3. cap.11. num.27., & seqq.*

35. *Balducc. ad Ramon. in obseruat. ad conf.45. num.5.*

173 **Betsius latè examinato Articulo, disertissimè probat Principem, eiusque Familiã minimè ligari Statutis suo, rum Subditorum.**

36. Optimè *Betsius de Primogenit., siuè de Statut. fact., & consuetud. Familiar. Illustr. cap.8. num.40.*, vbi disertè probat, quod quemadmodum absurdum, & *legibus* contrarium esset, quod Princeps ligetur *Statutis* Subditorum, vel Antecessoris sui, cum par in parem non habeat Imperium, ità etiam non decet, nec fas est, quod eisdem *Statutis* subijciantur *Filij*, siuè *Fratres*, aut *Familia Principis*, nàm sicuti toti Familiæ qualitas Dignitatis communicata, atquè tributa dicitur, ità etiam quicumque ex ea nascuntur, soluti censentur *à municipalium legum* vinculo, ideòque postquàm demonstrauerat suaptè natura, seù regularitèr, Filios Principis frui debere eisdem Priuilegijs, & commodis, quibus Pater, deindè Sermonem concludit id locum habere *in Statutis* etiam à Supremo Principe confirmatis, inquiens = *Et hinc etiam infertur Principem in confirmandis Statutis Subditorum suorum semper censeri excepisse suam Personam ea ratione, quod in generali dispositione non includatur Persona loquentis, leg. inquisitio &c.*

quæ

quæ regula locum etiam habet respectu Filiorum, & Sanguine coniunctorum ipsi Disponenti, & Confirmanti, sicuti tradunt Petr., & Cyn. &c.; Ergò sicuti Princeps in confirmatione Statutorum dicitur excepisse propriam Personam, nè illis Statutis ligaretur, ità paritèr dicitur excepisse Personam Filiorum suorum ==

37. *Tepat. var. Sentent. Tom. primo sub tit. de Statut. in gener. fol. mihi* 62. *Colum.* 2. tradens *Statutum* Ferrariæ non afficere Filias Dominorum Ducum, vt etiam *Statutum*, Mantuæ non solùm minimè ligare Familiam Principis, sed nec etiam porrigi posse ad illos, qui ipsius Familiæ Priuilegijs decorati fuerint.

38. *Tusch. Practic. Conclus. lib.* 5. *Conclus.* 553. *num.* 43., *& seqq.*, vbi firmat similia *Statuta*, siuè sint ipsius Communitatis, siuè ipsorum Dominorum, & Superiorum, non solùm minimè ligare ipsos Dominos, nec illorum Bona, sed nec etiam compræhendere Dominorum Filios illorumque Bona, dicens prætereà id procedere etiam respectu Personarum, quæ in excelsa Dignitate constitutæ sunt, ideòque speciali nota dignæ.

39. *Marescott. var. resolut. lib.* 1. *cap.* 9. *num.* 3., *& seqq.*, inquiens == *Quod huiusmodi Statutum non ligat Filias Domini Ciuitatis, seù Castri, vbi Bona sunt posita, quo minùs succedant secundum Iuris dispositionem* ==, & licèt id dicat, non procedere respectu *Statuti* conditi ab ipso Domino, nihilominùs quotiès agitur *de Statuto* condito ab ipsa Vniuersitate firmat illud licèt confirmatum à Domino, non compræhendere tamen eiusdem Filias == *Quia natura confirmationis est addere robur Statuto confirmato quoad Ius, non autem quoad Actum, vt compræhendat Filias Dominorum, quæ antea non compræhendebantur* == Subdens quod istud præsertim obtinet, vbi *in confirmatione sit dictum, quod Statuta seruentur ab omnibus de Ciuitate, seù Castro, quia tunc ex Mente Confirmantis, quæ in hac materia potissimùm attenditur, leg. omnium &c., compræhenduntur tantùm Subditi, & Vasalli, quibus verba adaptantur, non autem Filiæ Dominorum, quibus verba non conueniunt cum non dicantur de Castro, seù Ciuitate ad notata &c., & consequentèr in eis non habet locum Statuti dispositio leg.* 4. *&c.*, *& nu.* 8., allegat *decisiones in Balneoregien. Bonorum coram Oran., & Pamphil.* 174

Et hoc ipsum Marescott. lib. 1. cap. 9. innixus authoritate Sacræ Rotæ.

40. *Rub. in suis Singular. Rot. Roman. de Statut. Interpretat. part.* 6. *obseruat.* 13. §. 3., vbi licèt se ex Mente *Rotæ* reprobare dicat, *Menoch. consil.* 250., *&* 351., in ea parte qua dixit, Filias Principis non ligari *Lege municipali* condita ab Vniuer-

uersitate carente Potestate Statuendi, confirmata tamèn Supremi Principis authoritate, attamen nostram sequitur Sententiam, quando agitur *de Statuto* condito à Populo Statuendi Potestate prædito, illud enim tàm etsi à Principe fuerit confirmatum Filias Principis, minimè compræhendere tradit, & afferens disparitatis rationem inter vtrumque casum, eosdem tamèn parificat, quando *Statutum* conditum ab Vniuersitate carente Statuendi facultate, mandat *Fœminas dotandas esse iuxtà morem Castri*, tunc enim tale *Statutum* tàm etsi confirmatum à Principe non compræhendit eius Filias, quæ non sunt de Castro, ideòque eisdem non conueniunt verba *Statuti*.

41. *Cancer. var. resolut. part. 3. cap. 13. num. 183.*, referens ità decisum fuisse per Senatum.

42. *Cyriac. controu. 543. num. 21., & plur. seqq.*, tradens *huiusmodi Statuta non afficere Filias Dominorum, nec eorum Bona, isti enim de Familia sunt certa species diuersa ab ipsis Dominis, & ab alijs Subditis, & ob id omnes de Familia Principum Mantuæ, vtpotè decoratos eisdem Priuilegijs, quibus ipsimet Serenissimi Duces non ligari Statutis &c.*, atque ità decisum fuisse per Senatum.

43. *Mell. allegat. 1. num. 32. fol. mihi 15.*, inquiens *Statuta Ciuitatis Mantuæ, nec Filiam Principis, nec alios Sanguine coniunctos compræhendere*, paritèr testans, ità decisum fuisse per Senatum.

44. *Idem allegat. 13. num. 29., & 30. fol. 230.*, id firmans auctoritate *Sac. Rotæ*.

45. *Antonell. de loc. legal. lib. 2. cap. 15. num. 102.*, auctoritate eiusdem Sacræ Rotæ expresè tradit *Statuta* condita ab Vniuersitate, etiamsi ab ipso Domino confirmata non compræhendere Filias, & Neptes Domini ea ratione, *quod de natura confirmationis sit addere robur confirmato, quoad Ius, non autem quoad Actum*.

46. *Miller. Gamalog. tit. de Priuileg. Liberor. Illustr. cap. 31., & 32. per tot.*, vbi latè tuetur, nec Principem, nec eius Familiam Legibus municipalibus dijudicandum esse.

47. *Meu. ad Statutum Lubecen. quæst. 3. num. 34., & 35.*, vbi = *nec Princeps, nec eius Familia ligatur Statutis Ciuitatis* =

48. Et consonat *Cardinalis de Luca de Alienat. discurs. 37. num. 12.*

175 Hæc Sententia eò magis attendenda, quia eam perpetuò secuta est Sac. Rota, vt in decis. 353. Putei lib. 1.

49. Profectò Sententia hæc tanquam verior omninò recipienda videtur, quia tot grauissimorum *Doctorum* Suffragijs probata reperitur. Verùm enim verò, tàm etsi tanta Eximiorum *Iu-*

Iuris Interpretum auctoritate fulcita minimè esset; Nihilominus satìs censeri deberet illam magìs placuisse *Sacræ Rotæ*, quæ magistra dicitur veritatis, hanc enim opinionem sequuta fuit *coram Put. lib. primo decis.* 353., vbi expressè firmauit = *Quod Statutum Pallauicinorum excludens lineam Maternam à Successione Filij non comprahendebat Statuentem Barthol. &c. Et ratio est, quia cum condere Statuta sit Iurisdictionis secundum Barthol. &c., nemò potest in se ipsum Iurisdictionem exercere* = Decisio hæc velutì per argumentum ductum à fortiori optimè nobis fauet in hypothesi, quia loquitur *de Statuto* condito ab ipso Domino, quod potentiùs est *Statuto* condito ab Vniuersitate: Fauet etiam in ratione, quia si vis, & efficacia *Statuti* oritur ex Iurisdictione, illa porrigi certò nequit ad Filios Domini, qui ab eius Iurisdictione exempti sunt. Hanc rationem *idem Puteus* affert etiam *decis.* 191. *lib.* 2., vbi paritèr Agens *de Statutis Pallauicinorum* ex supposito, quod illa non ligarent Dominos quærebatur, an excluderent = *Auum Maternum volentem succedere Ioanni Francisco Nepoti, & fuit resolutum, quod non* = *quia Statuta erant condita per Rolandum Fratrem Polidori, & Condominum, & statuere est Iurisdictionis; Vndè circà Personam, & Bona Polidori Rolandus nullam Iurisdictionem habebat. Ideò Statutum respectu ipsius Polidori, & Bonorum eius ex defectu Iurisdictionis non valebat*; At verò si istiusmodi *Statuta* ex defectu Iurisdictionis non afficiebant Bona Domini, quia eius Personæ coherere censentur, potiori sanè *Iure* ligare nequibunt illius Filios Filiasuè, qui sunt vna caro cum ipso, & pro vna Persona reputantur, per ea, quæ loco suo dicturi sumus.

50. Hanc eamdem Sententiam *Sacra Rota* magìs expressè amplexa est *in vna Balneoregien. Bonorum coram Orano die* 9. *Maij* 1588., in qua licèt firmauerit Domini Filiam ligari *Statuto Sipicciani*, id tamen dixit ex eo motiuo = *quia Dominus Statuto contra illam vtì voluit*, admissa de cætero tamquam receptiori Sententia *Card. Zabarell.*, quod Familia Principis non ligatur *Statuto* ab ipsomet Principe condito, nisi constet de illius voluntate super comprehensione Filiorum, & Familiæ in eodem Statuto, vt legere est *in dicta decis. post Mell. dicta allegat.* 13., vbi rursùs in fine distinguit inter *Statuta* facta à Ciuitatibus comprehensis *in Pace Constantiæ*, & sic pollentibus Iurisdictione, & illa facta à Populo Iurisdictione carente, quæ in totum tribuuntur confirmanti. In successiua verò eiusdem Causæ Propositione cum constiterit, Dominum Statuto minimè vtì voluisse contra Filias, *Sacra Rota* recessit à Decisis, *vt in decisione coram eodem Orano edita Anno* 1589.,

176
Et magis ex professò secuta est in Balneoregien. Bonorum coram Orano etiam in prima decis. Anni 1588.

177
Et quidèm sequendo Card. Zabarell. in cons. 2.

178
Ibiquè admittitur Statuta condita à Ciuitatibus comprehensis in Pace Constantiæ esse valida, & confirmatione non indigere.

179
Magis exprofessò eam Sententiam secuta est Rota in posteriori decis. coram Orano edita de Anno 1589.

180 Et in successiuis decis. anni 1591., & 1594. coram Pamphil. in eadem Causa.

*Summario Num.*13.; & meliùs deindè in eadem Causa *coram Cardinali Hieronymo Pamphilio die* 8. *Martij* 1591., & 11. *Februarij* 1594., quæ omnes decisiones dantur in *nostro Summario Num.*14.

181 Eamque tenuit quoque cor. Gregor. dec 279.

67. Conferunt firmata per *Rotam coram Gregor. decis.*279.*numero* 8., *& seqq.*, vbi in proposito loquens de Domino Loci hæc habet = *Dominus autem non potest dici Ciuis Anton. de Butr. &c., & minùs comprehenditur sub Statutis de exclusione fæminarum loquentibus, Card. consil.*2. *ad fin., Brun. in tract. quod stantibus masculis &c. art.*6. *num.*67., cum alijs per *Menoch. cons.*250. *num.* 54. *fuit dictum in Balueoregien. Bonorum* 11.*Febr.*1594. *cor. Illmo Card. Pamphilio*, de qua *Summ. dicto num.*14.*la* 2.

182 Et cor. Emer. dec 879., & 921., & in Confirmatoria cor. Molines.

68. Deniquè his addi potest *Rot. coram Emerix. Iun. decis.*879. *num.*6., quæ loquens de quadam consuetudine inducente deuolutionem Bonorum ad Cameram Baronalem in casu lineæ finitę, vel decessus siuè filijs, ità loquitur = *Nec applicatur consuetudo desumpta ab Instrumentis Inuestiturarum ex capite recadentiarum, depositionibus Testium, & confessione Abbatis Octauij emissa in Instrumento Transactionis, quia cum illa sit contra Ius, & afferatur in terminis Bonorum Vassallorum non est extendenda ad Bona Baronum, quibus assistit regula non comprehensionis sub Statutis concernentibus dispositionem Bonorum Marescott. var. resolut. lib.*1. *cap.*9. *num.*3., *& seqq.* =, quæ decisio confirmata fuit *coram Eodem dec.*921. *num.*3., vbi de de hac eadem consuetudine dicit, quod illa etiàm sine veri præiudicio admissa non releuaret in hac hypothesi, quià non probatur procedere in Bonis relictis per Combaronem ex latè deductis *in prima Decisione* §. *Quo verò* =, idemquè repetitur in alia *Decisione Confirmatoria edita* 6. *Iunij* 1701. §. *final. coram bon. mem. Molines*, vbi rectè *Sac. Rota* argumentatur *à Statuto* ad consuetudinem, & vice versa, quià pari passu ambulare dicuntur, quippè in idem reincidunt, & conuertuntur *Tabor. axiom. Iur. num.*17. *cap.*56. *axiom.*20., *Cassan. ad consuetud. Burgund. fol. mihi* 632. *nu.*42., *Giurb. ad consuetud. Messanen. in probem. num.*22.: Ecquid enim aliud sunt *Statuta localia*, quàm consuetudines diù obseruatæ, deindeque in scriptis redactæ? *Rot. in Romana, seù Nullius Immissionis* 9. *Maij* 1711. §. *Amaritudo cor. bo. me. Ansaldo*.

183 Valet argumentū à statuto ad consuetudinem, & è contra.

184 Statuta enim localia non sunt aliud, quam consuetudines diù obseruatæ.

185 Non attento quid dixerit Beltram. ad decis. 279. Gregor., & senserit Saminiat., vtpotè innixi d. dec. 1588. Orani, quæ potiùs fauet, & habet posteriores reuocatorias.

69. Ex quibus cum certò constet mentem, sententiamque *Sac. Rotæ*, eam semper fuisse videlicèt similia *Statuta* ex defectu Iurisdictionis compræhendere minimè posse personas, & bona Dominorum, & filiorum, frustra in contrarium afferretur *prima Decisio in dicta Balueoregien. Bonorum coram Oran.*

18.*Maij*

18. *Maij* 1588., cuius auctoritate allucinatus *Beltraminus ad dictam Decisionem Ludouis.*179., ait filias, & neptes Principis comprahendi sub similibus *Statutis*, quia eædem non sunt Dominæ, sed subditæ Principis illa condentis, vel confirmantis, cui sententiæ adhæsit, *Saminiat. controu.*23., nixus eadem *prima Decisione in dicta Balneoregien. coram Orano*, quam mutilatam transcribit signanter in verbis superius recitatis; Satis namquè esset respondere, quod si quæstio hæc decidenda veniret auctoritate *Sac. Rotæ* eadem plana redderetur ex ijs, quę *idem Supremum Tribunal* firmauit, ac docuit *in posterioribus Decisionibus*, quas pro nostra sententia confirmanda attulerunt *Marescott. Petr. Mell. alijquè allegati* Superioribus Locis, & patet *Summ. dd. nu.*13., *&* 14.

70. Verùm præterea dicimus, quod etiàm si sequi deberemus firmata *in dicta prima decis. anni* 1588. *coram Orano*, illa ex duplici ratione applicari minimè posset nostræ hypothesi; *Prima* videlicèt, quià *in dicta prima Decisione* processum fuit cum supposito, quod ageretur *de Statuto* condito ab ipso Domino, quo casu censent nonnulli *ex Doctoribus in contrarium allegandis*, simile *Statutum* comprahendere posse filias, atquè Familias conditoris eiusdem *Statuti*, cui illi subditi sunt, licèt ex infra loco suo notandis opinio hæc tuta non sit, & prævalidos habeat contradictores, maximè si clarè non constat de Principis voluntate, vel quoad comprahensionem filiorum, & familiæ in *Statuto*, vel quoad vsum eiusdem *Statuti* contra filios. At in casu nostro agitur *de Statuto* condito ab ipsa Ciuitate Parmensi, quæ potiebatur ex firmissimo, & irreuocabili titulo *Pacis Constantiæ* Iurisdictione Regalibus, & auctoritate condendi *Statuta*, valentia idcircò *Iure Populi Parmensis*, non obstantibus subsecutis confirmationibus Ducum Mediolani, Summi Pontificis Pauli III., & Principum Farnesiorum, quià hæ omnes directæ sunt *ad Statuta Ciuitatis*, tanquàm talia, illa in hoc esse reduplicatiuo confirmantia, addendo nimirum extrinsecum præsidium *legibus Popularibus*, & non immutando illarum naturam per transitum *à Lege Populi ad Legem* Principis, vt lucidis argumentis, *& auctoritatibus* supra demonstrauimus. *Secundo*, autèm proponimus considerandum, quod in casu *d. primæ Decisionis* suppositum fuit Dominum *Statuti* Conditorem voluisse, illo vti contra proprias filias, quæ sanè ratio Capitalis *in dicta prima Decisione Orani* cum cessauerit ex deductis in successiuis propositionibus *coram eodem Orano*, *&* *Pamphilio Sac. Rota Sententiam mutauit ex diuersitate facti non Iuris*, *vt Summ. dd. nn.*13., *&* 14.

186 Ostenditur d. dec. 1588. Orani potiùs [illegible] assumpto, & sic retorqueri.

187 Processit cum supposito quod ageretur de statuto condito ab ipso Domino Loci.

188 Quo casu, accedente voluntate Principis, filiæ ipsi obnoxiæ sunt.

199 In casu nostro agitur de statuto Ciuitatis, facultate statuendi præditæ ex pace Constantiæ.

190 Confirmationes superuentæ factæ, vt de talibus.

191 Quæ d. statuta non immutarunt.

192 Processit vlterius Rota in d. dec. Orani cum alio supposito quod Dominus vsus esset statuto contra filiam.

193 Quo pro insubsistenti agnito Rota recessit.

71. Ad hęc verò omnia, quæ hactenùs diximus, si ratio, si argu-

194 Sententia de quà suprà pluribus fulcitur rationibus.

gumenta quærantur, quibus illa confirmentur; Profectò non desunt plurimæ atquè validissimæ rationes, quibus adstrui possit sententia hæc communiori alioquin *Doctorum* consensu, & *Sac.Rotæ* oraculo confirmata. Illarum autem summam perstrinxisse videtur *Petr.Gregor. de Republ.lib.7. cap.2.num.5.*, vbi veluti tradens regulam omnia complectentem dixit quod= *In quæstione an Princeps subijciatur Legibus distinguendum est an agatur de Lege superioris, an de Lege Paris, an de Lege Inferioris: In Lege superioris inferior tenetur obedire procul dubio, non verò in alijs* =. Si igitur legi latæ à Pari, vel Inferiore nemò obedire tenetur, quià eius Iurisdictioni, & potestati non subest, quos enim Iurisdictio non tangit neque *Lex aùt constitutio* obligat *Bald.in authentic. quibuscumquè sub num.8. C. de Sacrosanct.Eccles.Iason. in l.1.nu.6. ff. quod quisquè Iuris Thabor. axiom.Inr.lib.17.cap.56. axiom.14., & axiom.17., Iacob. Sebultes practicar.quæst.lib.1. quæst.3.num.115. bon.me. R.P. D.Zaul. ad Statut.Fauent.lib.1.rubr.13.num.5., & seqq.,Rot. coram Put. decis.191. lib.2., & coram Merlin.dec.353. nu.9., & seqq.*; Nil profectò *Iuris* menti, immò ipsi naturali rationi magìs contrarium videri poterit, quàm quod Supremus Princeps eiusque filij, ac Familia subsint *municipalibus legibus* latis ab inferiore, à Ciuibus nempè subditis, qui nullam in eos habent potestatem; Id enim improbatur acri sententia *Gregor. IX. in cap.Cum Inferior.16.de maiorit., & obed.* vbi *Felin.n.1.* alijque canonistæ, *& à leg.Nam, & Magistratus ff. de recept. Arbitr.*, *& l. 3. in princip. ff. de alienat. Iudic. mutand. fact. Menoch. consil. 250., & consil. 351. numer. 5., Ruin. consil.84.num.4. lib.4., Meu.ad Ius Lubcens.quæst.2.n.45. Peceb. de Testam.Coniug.lib.3.cap.26.num.1., Bets. de Primogen. capit.8.num.40., Iacob.Schultes dicta quæst.3.*, quid enim aliud esset, Personas hasce normam legemque accipere *à municipalibus sanctionibus*, quàm caput parificari membris? quod *esset iniustissimum, & si fieret temeraretur ipsa ratio*, vt benè in simili proposito ait *Episcopus Caramuel in Philipp. prudent.demonstrat.lib.5.disput.4.obiect.6.* §.47.

195 Quantum præcipuè, quia Inferior non potest legem dicere superiori.

196 Quod pluribus comprobatur authoritatibus.

197 Et quæ ratio equè procedit quoad ipsum Principē, ac quoad eius Familiam, seu filios.

72. Quæ porrò rationes omnes ad eximendam Supremi Principis personam passim allegari solitæ, æquo procedunt *Iure* in filijs, & Familia. Ab erraret enim ab omni politica, & Ciuili ratione, quod filij Imperantis, qui viuente etiàm Patre Domini appellantur per *Text.in l.1.* §. *Domini ff.ad Senat. Consult. Sillan.*, ibi = *Domini appellatione etiam filius familias cæteriquè liberi, qui in potestate sunt continentur* = Imò *Augusti* nomine decorantur in *Canon.Hadrianus il primo distinct.63.*, & quasi Reges reputantur *à Iuris consulto*, vt ex verbis *leg.2.sub initium*

198 Illi enim, & Domini reputantur.

tium §.*Exactis Regibus ff.de origin.Iur.* obseruat *Tiraquell. ad leg.Si vnquam in præfat. num.*21., *Valenz.conf.*199. *num.*47.; Illusque titulis, & prærogatiuis ornantur *Menoch.d.conf.*250. *num.*30., *& plur.seqq.*, *Besold. conf.*272. *num.* 43., *& sequen. part.*6., *Schrader. de Feud. part.*10.*sect.*5.*num.*221., *& seqq.*, *Frecc. de Subfeud.lib.*2.*titul.qui dicat.Comes fol.*106. *num.*23., *& seq.*, *Mastrill. de magistrat. lib.*4. *cap.*13.*nu.*139., *& plur. seqq.*, *Paschal.de patr. potest. part.*4. *cap.*1.*num.*53.; Quod inquam filij Supremi Principis tot titulis insigniti tantisquè prerogatiuis locupletati *Iure* illo, quo fiunt subditi ipsorum Parenti, subditi etiàm efficiantur *Legi latæ à Ciuibus*, quorum Iurisdictioni non subsunt. Quamobrem Iure meritoquè *Menoch. dicto conf.*250. *num.*47. à sæculo inauditum esse, nec aliqua *lege* sancitum reperiri, ait, quod filij Principum, qui iure, spè, ac potentia sunt *Domini Ciuium*, obnoxij censendi sint *legibus* latis ab illis, quibus sicuti mortuo Patre imperaturi certo sunt, ità etiam eo viuente præsumptiui illorum Domini nuncupantur, quam *Menoch.*assertionem *in dict. consil.* sparsim repetitam refert *Bets de Primogenit. cap.*8. *num.*40., *& seqq.*, & hunc sequitur *Besold. conf.*272.*nu.*47., *& plur. seqq.* 199 Vel certe non subditi legibus Populi.

73. Licèt igitur filios Regum proprijs Parentibus Subditos esse non negent Doctores apud *dict. Bess. de Primogen. citato cap.*8. *num.*39.; Nihilominùs tamen, quià *Ius*, quo suis Parentibus Subditi subiectique sunt, longè potentius est *Iure*, & potestate, qua Ciues subiecti Principis Imperio *leges* prò ipsorum Populique Regimine condere possunt, exempti propterea minimeque legati dicendi sunt similibus, *Legibus latis prò Ciuibus*, à quorum cætu filij Principis Diuini ipsius verbi oraculo discreti videntur nàm vt habetur *Matth. cap.* 17. *circà fin.*; Cùm ab eo exigeretur *Didrachma* nomine Tributi Imperatoribus solui soliti quæsiuit ex Petro = *Reges Terræ à quibus accipiunt Tributa aut Censum à filijs suis, an ab alienis?* = & cùm ei responsum fuisset *ab alienis*, *Ergò*, inquit, *liberi sunt filij*. At verò si filij Principum Diuina Sententia tanquam discreti *à Iure*, *& Turba reliqui Populi*, declarantur exempti *à legibus*, &. oneribus, quibus idem Populus ab ipso Rege subijcitur, quanto magis soluti censendi erunt à nexu, & obseruatione *legum municipalium* conditarum à Subditis, quibus in ipsos tanquàm seiunctos à Populo potestas nulla est; Quippè constituere dicuntur tertiam quandam speciem ab illo diuersam vt per *Bald. in cap.vnico tit. qualiter Vassallus iurare debeat fidelitatem*, *& Zubarell. conf.*2. tradit *Albert. Brun. in conf. Feud.*118. *in fin.*, *& conf.* 139. *pariter in fin.*, dicens non esse de passiuè comprehensis in Vniuersitate licet actiuè sint in Territorio, & Iurisdictione Do-

200 Quatenus Parentibus Subditi dici valeant.

201 Adhuc discreti sunt à cætu Populi.

202 Quod probatur oraculo diuino apud Matth. cap.17. circa finem.

203 Filij Principum à Populo distinctam speciē constituunt.

204 Non sunt comprehensi passiue in vniuersitate.

205 Nec dicuntur de Castro, licèt in eo sint.

Dominorum loci *Cyriac. contr.*543. *num.*22., eosque non dici de Castro, vel Ciuitate, cui Pater dominatur notarunt *Butr. in cap. ex parte notabil.*3. *de Cleric. egrotante*, *Marescott. var. resolut. lib.*1. *cap.*9. *num.*8., iuxtà alibi relata verba inquiens quod propterea sub similibus *Statutis comprœhenduntur tantum Subditi, & Vassalli quibus verba adaptantur non autem filiæ Dominorum, quibus verba non conueniunt*, & consentit *Rot. in dicta Balneoregien. Bonorum coram Orano, de qua Summario num.*13. *litt.C. & D., & coram Pamphil., Summario num.*14. *litt.N. & X.*, ac omnium latissime *Menoch. dicto cons.*250. & 351., luculenter recensens eximias prærogatiuas ob quas filij filiæque Principum segregari debent à reliquis Ciuibus, quarum virtute si illi atque vniuersa

206 Non subijciuntur Foro Vniuersitatis.

Familia Supremi Principis non subijciuntur communi Foro, & Iudicibus ab Vniuersitate constitutis, sed conueniendi sunt coram ipso Principe Domino, vel Iudice ab ipso delegato *Gozzadin. cons.*49. *num.*13., *Menoch. cons.*351. *num.*14., *Cyriac. d. contr.*545. *num.*25., *Carauit. in rit. M. C. V.* 46. *num.*17. & *seq.*, *Frece. de subfeud. lib.*1. *tit. de Officio Magni Seneschalli num.*3., *Rouit. in pragmatit. Regni, pragmatic.*11. *de Milit. fol. mihi* 469. *num.*50. & *tribus seqq.*, *De Pont. de potestat. Proreg. tit. de assensu Regio* §.7. *num.*12., *Nouar. de elect. For. sect.*4. *quæst.*55. *num.*2. & 3., & *quæst.*56. *num.*1. & *seqq.*; Pari ratione eximi debent ab obseruatione *Statutorum* atque *legum municipalium*; Paria quippè sunt Forum non

207 Paria sunt Forum non sortiri, & Statutis non ligari.

sortiri, & *Statutis* non ligari, & vice versa *Dec. in leg. fin. in princip. ff. de Iurisdict. omnium Iudic.*, *Menoch. cons.*350. *num.*17. *vol.*3., *Suarez de leg. lib.*3. *cap.*34. *num.*1., *Sperell. decis.*12. *num.*24., *Rot. decis.*551. *sub num.*3. *part.*1. *diuers.*, & *coram Bich. decis.*288. *num.*40. & 41., quo argumento in proposito vtitur etiam *Sac. Rota in allegatis decisionibus Balneoregien.*, per extensum traditis *in dicto nostro Summario num.*13. & 14.

208 Id non nouum ad instar Patritiorum, qui, & in Republica Romana Plebis Scitis non ligabantur.

74. Et sanè si rectè cautum olim fuerat, quod Patritij, Senatoresque, licèt essent Pars Populi Romani, non ligarentur *Plebiscitis*, quià hæc tanquàm ædita *à Plebeio Magistratu*, licèt certè habente potestatem ferendi *legem*, afficere nequibant Personas ordine, & dignitate maiores ad *Text. in* §. *Constat autem Ius nostrum, vers. Plebiscitum instit. de Iur. natural. Gent. & Ciuil.*, ibique *Vin. in Coment. num.*3., *Natt. cons.*44. *sub num.*1., si vna eademque *lex* aut consuetudo vniuersum alicuius Ciuitatis, vel ditionis Populum non semper comprœhendit, sed aliam Nobilitati, aliam Plebi impositam esse congruit *Giurb. ad consuet. Messan. Gloss.*7. *part. prima num.*25. 28. 37. & 50., *Cutell. de donat. part.*2. *special.*35., & con-

& conferunt tradita per *Sot. de Iust.*, & *Iur. lib. 1. quæst. 5. art. 3.*, *Borell. de Magistrat. Ædict. lib. 2. cap. 4. num. 44.*; quanto sanè magis consonum censeri debebit, quod filij Principis tanto præstantiores Patritijs, Senatoribus atque Nobilibus, *lege lata à Populo* minime teneantur ad notata per *Castrens. de Republic. lib. 5. cap. 20. §. 7. & seqq.*, tanquàm enim multum priuilegiati exempti censentur à legibus etiam vniuersalibus Regni *Rebuff. ad constit. Regn. Franc. in tract. de paun. aur. argent.*, & *Seric. fol. 460. num. 26.* ibi = *Excipit filios Regis quas multum, ait, esse priuilegiatos, vt in Clementina prima de Baptis., & in Extrauag. execrabilis Ioannis XXII.* 209 Filij Principum præstantiores sunt Patritijs, & Senatoribus.

75. Id enim veluti ex necessaria causa proficiscitur à coniunctione nempè cum persona Principis, quæ cùm tanti valeat, vt efficiat, quod eius Vxor tanquàm Socia humani, omnis *Iuris*, ipsa quoque, vt Princeps eius Vir *legibus* soluta censeatur, vt in *leg. Princeps 31. ff. de legibus* ibi = *Principes tamèn eadem illi priuilegia tribuunt, quæ & ipsi habent* = id eoque eadem quemadmodum Princeps istiusmodi *Statutis* non subijcitur, vt apud *Menoch. consl. 250. num. 38.*, & *consl. 351. num. 10.*, *Spad. consl. 268. num. 23. lib. 1.*, *Buccafer. consl. 110. num. 24. & seqq.*, *Besold. consl. 272. num. 42. part. 6.*, *Cancer. var. resolut. part. 3. cap. 13. num. 182. & seqq.*, *Iacob. Scultes. quæst. pract. lib. 1. quæst. 3. per tot.*, *Pecch. de Testam. Coniug. lib. 3. cap. 26. per tot.*; Cur filios Principum subijciemus *legibus subditorum*, quos Paterna dignitate tantopere excellunt? Cur ab ima Plebe illos non secernemus? Et cur exemplo *Augustæ* eisdem non tribuemus priuilegia Patris? quibus meliori certè *Iure* potiri oportet filios filiasque, qui sunt vna caro cùm ipso, & prò vna persona reputantur *leg. fin. Cod. de Impub.*, & *alijs substit. leg. cùm scimus Cod. de Agricol.*, & *Censib. lib. 11.*, *Canon. contradicimus §. Hac auctoritate caus. 35. quæst. 3.*, *Valenz. consl. 65. num. 69. & seqq.*, & *consl. 234. num. 50.*, *Menoch. consl. 250. num. 30. & seqq.*, & *consl. 351. num. 10. & seqq.*, *Besold. consl. 272. num. 43. & seqq.*, vbi *num. 46.*, cùm *Menoch. dicto consl. 250. num. 38.*, inquit *Dignitatem, & Priuilegia profecta à Patre maioris esse efficaciæ, quam illa, quæ in Augustam à Marito deriuantur, quià Pater, & filius vna est persona, filiusque Patrem repræsentat* = plenè *Tiraquell. in leg. si vnquam in præfat. num. 15.*, *Surd. de Aliment. tit. 1. quæst. 1. num. 4.*; Idque sanè confirmari posse videtur summa illa ratione, quàm ex natura ipsa Societatis inter homines constitutæ desumpsit *Vgo Grot. de Iur. Bell., & Pac. lib. 1. cap. 1. §. 3. vers. 2.* = *Sicut Societas alia est sinè inæqualitate, vt inter Fratres Ciues, Amicos, Federatos: Alia inæqua-*

210 Profluit hæc exemptio à causa necessaria coniunctionis.

211 Filij sunt enim vna caro cùm Principe Patre.

212 Et dicuntur socij societate quasi æquali.

inæqualis &c., vt inter Patrem, & Liberos, Dominum, & Seruum, Regem, & Subditos, Deum, & homines: Ità iustum aliud est ex æquo inter se viuentium, aliud eius qui regit, & qui regitur qua tales sunt: Quorum hoc Ius rectorium, illud æquatorium, ni fallor, rectè appellabimus, & ibi: *Gronou. litt.P.*, *& Tesmerus litt.Q. in fin.*

213 Sententia hæc tanquã tutior, & authoritate, & rationibus fulsita nõ finit, vt Contradictores refellantur.

76. Quæ cum ità sint, & tùm *Doctorum auctoritate*, tùm etiàm rationum grauitate planè demonstrauerimus, sententiam nostram veriorem esse atque Communiorem, ideoquè superfluum videri possit *contrarias* expendere, atque refellere; nihilominùs, vt clarius veritas elucescat, non pigebit breuibus illas attingere. Id autem perficiemus distinguendo casus, sic enim illicò patebit, quod exceptis *perpaucis* plæreque ex *auctoritatibus*, quæ forte in contrarium afferentur nedum non aduersantur, sed potiùs nostræ hypothesi, atque hodiernæ quæstioni mirificè fauent.

214 Et tamen opportunã casuum distinctione facta, prout hic, vel fauent assumpto, vel non officiunt.

215 Primus Casus: Lege lata ab ipso Principe, concurrente eius voluntate filij quoque sub ea comprehenduntur.

216 De hac tamen voluntate constare debet per coniecturas stringentes, quæ vincant contrariam præsumptionem, quæ viget.

77. Rem autem ordiendo à *primo casu*; Is est quando *statutum* exclusiuum fœminarum ab ipso Principe conditum fuit, & hoc sanè casu non potestatis, sed solius voluntatis quæstio locum habet; Si enim *Legislator* sub tali *lege* compræhendere voluerit suam Familiam, ambigi nequit, quin, cum eius Iurisdictioni filij etiam subijciantur, ijdem istiusmodi *legis* censuræ obnoxis effecti censendi sint, & de hoc casu loquuntur *Roland. cons.86. lib.2.*, *Saminiat. contr.23.*, *Cirocc. contr.29. aliique*. Veruntamen de istiusmodi Supremi Principis voluntate constare debet saltem per coniecturas stringentes, quæ vincant validam illam præsumptionem, ob quam iuxtà superius deducta argumenta, Familia Supremi Principis exempta, reputatur ab istiusmodi *legibus*, ad tradita per *Cyriac. contr. 533. num.27. Rot.cor.Card.Cerro dec.542. num.3. 4., & seqq. coràm Bich. decis.521. num.9. in Recent.decis.252.num.9., & seqq.part.16.* Cum enim istæ obtinere nequeant eam *authoritatem*, quam habent *Leges vniuersales* consuetudinesque illæ, quæ in aliquo Regno, aut Principatu ab omnibus obseruantur; Quo casu à Principis, eiusque Familiæ dignitate minimè abhorret, si sese illis conforment, sed similes *municipales leges* semper retineant naturam *Legis particularis* referendæ ad certum locum, certasque personas, requiritur idcirco, quod constet de voluntate Legislatoris, eisdem subijciendi suam quoquè familiam ab illis alioquin exemptam, vt egregiè *Menoch.cons.250. n.14., & seqq., & cons.351. n.2.*

217 Quidquid diei posset de legibus vniuersalibus Regni, vel Prouinciæ.

218 Ideoque in casu legis localis voluntas Principis subiciendi debet esse aperta.

219 Quod procedit etiam in casu, quando agitur de Statuto condito ab Vniuersitate carente Iurisdictione, & per Principem confirmato.

78. Huic casui *à nonnullis* æquiparatur alter *de Statuto* condito quidem, non ab ipso Principe, sed ab Vniuersitate carente Iurisdictione, & potestate promulgandi *Statuta* contraria *Iuris dispositioni*. Censent autem, quod si simili Statuto acces-

ceſſerit confirmatio Principis, cum hoc caſu propriè loquendo, Princeps non confirmare, ſed denuò diſponere dicatur, ideoque actus tribuatur confirmanti, & non facienti, inde inferunt, quod tali *Statuto* ſubijciantur filij etiam Supremi Principis, cuius, & non Vniuerſitatis *Statutum* dicitur. Verùm, vt in præcedenti, hoc quoque caſu oportet, quod conſtet de clara voluntate Supremi Principis tale Statutum confirmantis, nàm alioquin ab illo excepta ſemper cenſebitur tùm Perſona loquentis, tùm illorum qui in generali ſermone comprehenſi nunquam dicuntur ex notatis in noſtris terminis per *Ruin.conſil.84.num.4.libr.4., Menoch.conſil.250. num.21., & ſeqq., & conſil.351.num.5., & ſeqq., Beſold. conſil.272.num.52. part.6., Altograd. conſil.primo num.45. libr.1., Ramon.conſil.37.num.47.libr.primo, Surd.conſil.47.num.20., & ſeqq., & deciſ.13.num.11., & ſeqq., Sebaſtian.Medic.de Leg., & Statut.part.4.quæſt.3.per totam, Rocc.de Curt. cap.vltim. de conſuetud.ſect.8. num.51.*, inquiens, nec etiam de honeſtate Supremos Principes ſeruare teneri ſimilia *Statuta*, tametſi ab ipſis confirmata *Petr.Gregor.de Reipubl.libr.7. cap.20.nu.22., Schrader. de Feud. tom.primo 2.par. quæſt.part. princip.ſect.3. num.146., Iacob Schulteſ. quæſt.pract.libr.primo quæſt.3.nu.6., & ſeqq., Beſſ.de Primogenit.cap.8.§.40., Caſtropal.oper.moral. tom.primo de legib. tractat.3. diſputat. prima punct.24. §.primo num.6., Bonden.collect.legal.tom.2.collect.35.num.47., & ſeqq. & collect.37.num.37., & ſeqq. Rota coram Put.deciſ.84.in fin. libr.primo.*

220 Et tunc etiam de voluntate Principis conſtare debet.

221 Quia in generali ſermone illi non comprehenduntur.

222 Secundus caſus. Nec etiam ex honeſtate tenetur Princeps ſeruare Statuta.

79. Progredimur indè ad *ſecundum* principaliorem caſum *Statuti* videlicèt editi ab Vniuerſitate pollente legitima facultate ſtatuendi, quale eſt illud editum à Ciuitate Parmenſi tot titulos, & prærogatiuas *ex Pace Conſtantiæ*, & longæua Seculorum poſſeſſione obtinente, & hoc pariter *Statutum*, tametſi confirmatum reperiatur à Supremo Principe; Nihilominùs ex defectu poteſtatis afficere nequit filios, filiaſuè, aut familiam Supremi Principis, vtpotè qui à ſtatuentium Iuriſdictione exempti omninò ſunt. Abſque eo quod eidem ſubijci valuerint vigore dictæ *Confirmationis*, quæ actui confirmato tribuere dicitur robur *quoad Ius* dumtaxàt, non autem *quoad actum*, extendendo videlicèt confirmatum ad eas res, & perſonas, quæ priùs nullatenùs ſub illo comprehendebantur, proindèque hoc caſu locum ſibi vindicat noſtra receptiſſima ſententia; quæ in hoc puncto puncti vix contradictorem habet.

223 Si agatur à Statuto condito ab Vniuerſitate ſtatuendi facultate prædita.

224 Et tunc Statutum licet à Principe confirmatum illius Familiam non afficit.

225 Confirmatio dat robur quoad Ius, non quoad actum extenſiuum.

80. Supereſt *alter caſus* à noſtra hypotheſi penitùs penitùſque extraneus, quando nimirum Supremus Princeps, ſiuè Dominus Loci vult per modum priuilegij vti Statuto Subditorum, prout

226 Tertius caſus quando Princeps vti vult Statuto per viam priuilegij, quod facere valet.

prout dicitur de Clerico valente *Legibus* Laicorum se se vltrò priuilegiare, tametsi ab eis omnimodè exemptus dicitur. De hoc autem inutiliter tractaremus, quia nullam habet cum subiecta quæstione analogiam; licèt in hoc loquantur *Beltramin. ad d.decis.*279., *Ludouis.*, *Merlin.de legitim. libr.*1. *tit.*3. *qu.*16., & *plures alii*.

227 Statutum Parmen. nunquam de Principum Filijs cogitauit.

81. Hactenùs toti fuimus *in Statuentium potestate*, si verò de illorum *voluntate* sermo instaurandus esset, in hac inspectione (quantumuis extranea à casu nostro solumque congruenti alteri diuersissimo *Statuti* conditi ab ipsomet Principe) mille argumentis verificare possemus, quod Populus, nec à longè somniauit dicere *legem* proprijs Principibus, aut Bonis eorumdem, quæ, nec minùs ceciderunt sub remotissimo obtentu dicti Populi statuentis. Quo sanè principio posito conatu magis irrito magnificarentur Principum confirmationes, quia hæ in forma magis specifica conceptæ, & alioquin firmitatem dantes *Statuto* inualido, tunc exemptos *à Statuti* Censura afficiunt, quandò *Statutum* ipsum attentauit compræhendere exemptos, & illorum Bona. Quod enim voluit, sed non potuit *Statutum*, operatur confirmatio in forma specifica, reddens *Statutum* Papale, seù ipsius Principis. Verùm quando *Statutum* minimè præsumpsit *Legem* dicere exemptis, sed Ciuibus, & Subditis tantùm, compræhensio exemptorum *à Statuto* nolita deriuare nequit à quacumque confirmatione in forma etiam magis specifica, quia hæc validat *Statutum* etiam pro ea parte, qua non subsisteret, ex potestate Statuentium, sed illud nequaquam ampliat contra, vel præter eorumdem Statuentium voluntatem ad Personas, vel casus, de quibus *Statutum* non disposuit, vt optimè explanant *Bero consil.*7. *num.*27. *libr.*3., *Menoch.consil.*75. *num.*32., *Rota penès consultat.*50., *Vrceol.num.*35. *coram Coccino decis.*1951.*num.*31., *coram Ottbobon.decis.*149.*num.*13., *coram Cerro decis.*542. *nu.*7., & 13. *in Recent. decis.*58.*numer.*29., & 30. *part.*6. *decis.*293. *num.*13.*par.*11.*decis.*159.*num.*9., & *decis.*252.*num.*13.*par.*16. cum alijs *in Melevitana Iuris optandi* 2. *Iunii* 1704. §. *Ex his coram bon.memor. Omanna*, & *in Romana Consulatus Nationis Florentinæ* 23. *Iunii* 1719. §. *Nec pro illis coram R. P. D. meo Cerro*; Et habemus quotidianum practicum exemplum *in Statutis* nostræ Vrbis Romæ, quæ ex vi confirmationis in forma specifica comprehendunt Clericos, si in *Capitulis* confirmatis nominati leguntur. Vbi verò à Statuentibus comprehensi non fuere confirmatio in forma specifica illos minimè includit, vt de *dicto Statuto* Vrbis testatur *Constant. in prælud. numer.*168. *cum seqq.*, & *num.*181., & 182., & dixit *Rota coram Coccino decis.*1951. *num.*28., & 30. *coram Merlin. decis.*901. *num.*1., &

228 Et sic tamquam non comprehensi expressè, confirmatio ad illos non extendit vim Statuti.

229 Etiamsi confirmatio esset in forma specifica

230 Quæ validat Statutum non autem illud amplificat ad Personas in eo non comprehensas.

231 Exemplo Statuti etiam Papalis, quod Clericos in eo non nominatos non afficit.

*& seqq.coram Cerro decis.*490.*num.*7.,*& seqq.decis.*542. *num.*3. *& seqq.*, *& decis.*900.*num.primo, & seqq.in Recent. d.nu.*149. *num.*6.*part.*13.*decis.*259. *num.*9. *cum seqq. part.*16. *decis.* 282. *num.*9. *par.*17., & de diuersis alijs *Statutis*, quamtumuis à Sede Apostolica confirmatis, quod non comprehendant Clericos, nisi de illis expressa, & indiuidualis mentio facta non fuerit, *eadem Rota penès Vrceol.dicta consult.*50.*num.*34.*in Recent.decis.*256.,*&* 293.*per tot. par.*11.*decis.*159.*nu.*9.*par.*16., *& in Viterbien.Pascuorum* 7.*Februarii* 1705.*S.In nihilo coram bon.mem.Molines, & in Neapolitana Census* 15.*Martii* 1709. §.*Præsertim coram Rmo Aldrouando.*

232 Ostenditur, defectus voluntatis in statuentibus. comprehendendi Principem, & eius Familiam.

82. A thesi gradum facientes ad hypothesim, est re ipsa euidens, quod nullo tempore Parmenses cogitarunt, vel cogitare potuerunt de compræhendendo Principe, vel eius Familia *in suis legibus municipalibus*. *Primam* siquidem *statutorum* editionem fecere, dum viuebant in statu Reipublicę, & sine Principe, quem forsan se nunquam habituros sperabant. Quando *additiones, & reformationes* compilarunt illis imperabat Dux Mediolani alibi (hoc est Mediolani tanquam in sua Metropoli) moram trahens, de quo sicuti inuerosimile est, quod voluerit se subijcere *legibus Parmensium*, ità dissonat de Parmensibus credere, quod cogitauerint *legem* dicere in Ducem Mediolani, & filios eiusdem. Quæ argumentatio magis etiam stringit perspectis temporibus, & circumstantijs, in quibus confirmationes à Summo Pontifice Paulo III., & à Duce Petro Aloysio Farnesio petierunt, & respectiuè obtinuerunt. Quod enim cogitauerint proprijs *ligare legibus* Summum Pontificem, cui voluntariè se dederant, vel restituerant ridiculum esset asserere, & non minus durum id reputari deberet de dicto Principe Farnesio, qui confirmauit *statuta* non *Parmę*, sed *in Arce Placentina* vbi morabatur, id vnum spondens se quamprimum Parmam accessurum, vt ea occasione examinaret an *statuta vlteriori indigerent reformatione*. Vnde, quod Populus Parmensis potuerit sibi blandiri de ligando proprijs *statutis* Principe, qui Sedem fixam Parmæ non habebat, fabulam redolet. Nam si Princeps non afficitur *legibus* Ciuitatis in qua residet ad superius laudatum *consilium* 2. *Zabarell. cum cæteris concordantibus*, quanto minus credendum est, quod Populus Parmensis voluerit in *sua lege municipali* comprehendere proprium Principem, vel eius familiam, fixam sedem non habentem.

233 Ex quo prima editio Statutorum Parmen. in statu Reipublicę.

234 Additiones factæ, dùm illis imperabat Dux Mediolani.

235 Qui propriam Familiam illis subiecisse non præsumitur.

236 Et multo minùs id dicendum de Pontifice confirmante.

237 Et hoc ipsum de Duce Petro Aloysio, qui Statuta Parmæ, dùm Placentię moraretur, confirmavit.

238 Spondens dùm Parmæ esset, ea revideri si quæ reformationa indigerent.

239 Eo magis, dùm Principe Farnesij fixam Sedem Parmę non habent.

83. A qua circumstantia non recedentibus alia occurrit potissima reflexio, quæ perimere videtur in subiecto casu omnem difficultatis vmbram. Disputant *Neoterici* an, & quando Prin-

240 Præmissa comprobantur opportuna distinctione inter leges totius Regni, vel Provinciæ, ac illas alicuius Civitatis.

ceps in contractibus, quos gerit tamquam priuatus, & pro interesse respectiuè sui priuati patrimonij subijciatur *legibus Regni*, & Ditionis, cui imperat: *Negatiua* receptior est, vt supra probauimus. Qui verò *affirmatiuam* defendunt, supponunt quęstionem cadere in *lege*, seù consuetudine vniuersali *in toto Regno* vigente, admittentes de cætero, quod si res est de *lege particulari* vnius, vel alterius Ciuitatis lata in subditos illius Ciuitatis dumtaxat, vanum est prætendere, quod *tali legi* Princeps, vel eius Familia etiam pro iuribus priuatis familiæ d. Principis subijciatur. Hic est sensus *Doctorum* omnium, qui possunt in oppositum allegari, & benè materiam enucleat *Struu. Sintagm. Iur. par. 1. exercit. 2. lib. 1. tit. 3. fol. 48. num. 10. Ioannes VvolK. ad Bull. auream exercit. 2. tit. 1. verbo Se debeant obligare fol. 46. Larrea alleg. fiscal. 58. num. 6. part. 1. Del Bene de Parlament. cap. 2. dub. 4. sect. 36. num. 2.*

241 De primis, disputatio an ligent, secùs ea cadere potest quoad secundas.

84. Si in toto dominio Serenissimi Ducis vna *lex* esset exclusiua fæminarum propter Masculos, dubitari fortasse posset, an in successionibus deferendis ad Principem, vel eius familiam *non Iure* Principatus, sed *titulo priuato* illa seruari deberet tamquam *lex vniuersalis* Ducatus, Prouinciæ, & Regni. Verum termini isti sunt à casu totaliter extranei, quia in statibus Serenissimorum Ducum Farnesiorum nulla est *lex Prouinciæ* fæminas excludens, sed vnaquæque Ciuitas habet pro suis subditis *statuta* difformia, quæ non afficiunt Ciues aliarum Ciuitatum: Etenim *Placentiæ* nullum est *statutum* exclusiuum fæminarum propter masculos, sed illæ consuccedunt ad *Iuris communis* præscriptum, vt notorium est, & credimus non controuertendum, *Status Pallauicinus* suum habet peculiare statutum à Parmensi difforme *Summario num. 15.*, *Parmense* quale sit, iam supra enucleatum fuit; Ergo Princeps, & Principis familia illi subijci nequit pro ijs etiam, quæ respiciunt priuatum illorum Patrimonium, quæ forsasè affici possent *lege Prouinciæ* vel Regni, at non *lege vnius Municipij*, cui sicuti subditus non est *Placentinus*, ita multoque minus Princeps, aut Principis filius, maiori certè prærogatiua donatus, vt tot argumentis demonstratum fuit.

242 In Dominio Ser. Domus Farnesiæ non vna lex, sed diversa quoad successiones.

243 Placentię regulantur ad terminos Iuris communis.

244 Status Pallavicinus diversis regitur legibus.

245 Lex vnius Ciuitatis, ad Ciuem alterius non protenditur.

85. Qui discursus *in Iure* firmissimus maiores etiam vires acquirit ex facto, in quo habemus, quod Serenissimi Principes Farnesij nunquam habuerunt Sedem fixam *Parmæ*, sed hic quandoque, pro maiori autèm tempore *Placentiæ*, & non raró *Colurni* retinuerunt Ducalem Aulam quam filij perpetuò sequuti sunt *Summario num. 16.*; Impossibile est ergò sibi suadere, quod voluerint se subditos facere *legibus* vnius particularis *Ciuitatis*, quam nec minùs pro fixo Domicilio prælege-

246 Princeps est Civis totius Principatus, nec Ser. Principes Farnesij fixam habent sedem potiùs Parmæ, quam Placentiæ.

runt

fant, & ficuti durum reputaretur afferere, quod Sereniffimus Dux Regnans *legibus municipalibus Placentinis* fuum priuatum fubiecerit Patrimonium, eo quia *Placentiæ* multo anni tempore vitam viuit, quia præualeret refponfio, quod & *Parmæ*, & *Colurni* perfæpè etiam libito fuo moram trahit, ita æquè exorbitans eft, illum totaliter efficere *Ciuem Parmenfem*, vt fubditus fit *legibus illius Populi*, à quibus *Placentinus* dubio procul exemptionem obtinet. Quod autem de Principe dicimus, filijs, & familiæ indubitanter congruit, non curato, an filij Principis in vna, vel altera Ciuitate nati fint, quia Domicilium acquirunt non à Natiuitate fed à filiatione *Card. de Luca de credit. difc.* 146.*num.* 8. vbi de Magnatibus Romanis alter *de Luc. de pluralit. legal. cap.* 33.*num.* 4., & 7. *Ageta ad Moles par.* 2.§.8. *de ciuilit. quæft. vnica num.* 32., & ficuti Pater imperans de facto tenuit Domicilia vbique locorum, ficuti, & de Iure illa affequebatur ad Doctrinam *Bald. in l. fi quis* §. *In omnib. columm.* 2. *C. de Epifc. & Cleric.*, quam reaffumit *Fritfch. opuf. tract.* 2. *de Palatijs cap.* 4.*num.* 3. idem verificatur de filijs *Capon. difcept.* 55. *per tot. Cyriac. controuerf.* 273. *num.* 34. qui Domiciliarij vbique cur *Statuto Parmenfi*, & non *Placentino* fubditi dicendi funt? Pater enim æquo *Iure* denominatur, & eft Dux *Parmæ*, & *Placentiæ*; vnde non datur ratio cur induere debeant qualitatem *Ciuis Parmenfis*, & non illam *Placentini*; Vtroque enim *Statuto* difformi affici nequit eorum priuatum Patrimonium; veritas tamen eft, quod neutro afficitur, quia vnum, atque alterum dat *legem* fubditis vni particulari *Ciuitati*, & non *toti Regno*, *vel Prouinciæ*, ad quam fanè cathegoriam Principem, & filios deferre, affumptum eft ab omnibus *Bonis principijs* deuium.

247 Vnde non magis vnius, quam alterius Ciuitatis Statutis fubiectio arguitur valet.

248 Filij Principis, non à natiuitate, fed à filiatione domicilium acquirunt.

249 Ideoque non magis Parmenfis, quam Placentini fubditi dici poffunt.

86. Hæc releuantiffima funt ad excludendam voluntatem tum Statuentium Parmenfium, tum Principum Farnefiorum confirmantium in puncto noftræ comprehenfionis familiæ Dominantis in *lege municipali* lata in folam Ciuitatem Parmenfem, & fubditos illi. Alia tamen magis releuantia dicenda fuperfunt, quæ nobis adminiftrant tot, tantæque *rubricæ* eorundem *Statutorum* Parmenfium regiftratæ *Summario num.* 17., quarum nec vna conuenire poteft familiæ Principis, fed omnes apertiffimè difconueniunt iuxtà *marginales adnotationes* vnicuique earundem factas, inter quas fanè illam vnicè referre non piget, qua vetitum eft Marito relinquere Vxori fuæ vltrà centum libras Parmenfes, vt dicto *num.* 17. *in ordine la prima*, quod an Principis filio, vel fratri congruat quifque videt. Eademquè adamuffim incongruentia, quæ in cæteris *Rubricis* manifefta eft, elucet quoque in illa, de qua verba facimus,

250 Defectus voluntatis Statuentium, & confirmantium featet etiam ab improportionabilitate legum Principi, eiufque Familiæ non adaptabilium.

251 Referuntur nonnullæ Rubricæ Statuti huius generis, quæ Familiæ Principis difconueniūt.

252 Quod Maritus Vxori legare nequeat vltrà centum libras Principi non conuenit.

 Præ-

253 Idem de successione Ascendentis cum Fratribus.

254 Idem, quod filiæ transversalibus masculis præferantur.

Præseruatur enim in ea successio *Ascendentis vna cum fratribus, prout Iura disponunt*; Ergo Ascendens Princeps Supremus *legem statuti municipalis* personaliter subiret, quod nemo hucusque dixit. *Kursùs in dicta Rubrica* antepositæ sunt filiæ fratribus, quod equidem si Principis Familiæ applicaretur, Principatus, & Regni destructionem præseferret, quia Bona omnia allodialia ad extraneas diuerterent Familias in præiudicium fratris in Ducatu successoris, quod sine maximo ipsius Imperantis preiudicio contingere nequiret. De planò ergò assequimur, quod *d. Lex* familiis priuatorum fortasse congrua

255 Lex privatis familijs congrua, Principi, eiusque filijs non congruit.

256 Ideò alia lex Familiæ Principis alia populi.

nullam habet cum Familia Principis proportionem, vt profundè obseruat *Puffendorff. de Iur. natur. & Gent. lib. 7. cap. 7. §. 13. in fin. fol.* 994. ibi = *Populus quam optimo Iure Regnum voluisse creditur, nec eius quidquam refert, quid priuato Regis patrimonio fiat* = Et concordat *Anton. Dominic. in assertiore Gallico cap.* 8. vbi hæc habentur = *Falleris adhuc in eo, quod Ottonem Friginsensem, qui de Burgundiæ Prouinciæ solum loquitur ad Burgundiæ familiam producis. Alia Lex Familiæ vt videre licet apud Borchardum Vvormac alia lex Regionis* = Et deniquè

257 Rubrica ipsa de fæminis dotandis, earumque exclusione improportionatur fæminis Familiæ Principis.

eadem *Rubrica* præcepit fœminas exclusas *dotari decenter, & competenter in, & de Bonis illius de cuius hæreditate agitur inspecta consuetudine, & more Ciuitatis, & Diæcesis Parmen. Summario dicto num.* 3. *litt. A.* Itaque prouisio fœminis Popularibus benè applicabilis, totalitèr extranea est quoad filias supremorum Principum, quorum Dotes, & Matrimonia longè

258 Principum matrimonia diversam habent mensuram more Regionis non regulandam.

diuersam mensuram habent, egregiè *Fristch. opusul. tract.* 29. *cap.* 2. *per tot.* vbi refert præclara verba incerti Auctoris sic loquentis = *I maritaggi Reali non seguono in riguardo della pecunia Dotale, mà per interesse di Stato, e publica vtilità, nè soccombono alle leggi communi. Vna ordinaria somma sodisfa à Dote, e legitima, e tutto quello che potesse dalla Casa Paterna appartenere alla figlia. Sarebbe impratticabile, non che sconueneuole il determinare à giusta Bilancia quanto monti il valore preciso della legitima spettanti alle figlie reali* = Subditque paulò infrà = *Che trascendendo le formalità volgari, le consuetudini de Principi viuono con legge appartata dal Popolo, e le rinuncie, e le doti delle figlie, non prendano altra norma che dalla conuenienza de sta-*

259 Ex hoc solum manifestam improportionem subijciendi filias Principis Statuto nouit Sacra Rota in d. Balneoregien.

ti, ne altra validità, che dal consenso de Contraenti, & specialissimè dixit *Rub. singul. Rot. Roman. de statut. interpret. part.* 6. *obseru.* 13. §. 30. *& Rota in d. Balneoregien. Bonorum*, de quibus *Summario dicto num.* 13. *litt. D. & num.* 14. *lit. N.*, *& X.* quæ in puncto puncti improportionem probat, ex eo, quod Statutum mandat dotari iuxtà Regionis morem, & consuetudinem, eo modo, quo præscribit Rubrica Parmensis.

87. Su-

87. Sumus igitur extrà terminos materię proportionatæ Principibus eorumque familiæ, quibus positis, licèt aliquando *Doctores* dubitauerint de voluntate Statuentium, quàm in Statutis fœminarum exclusiuis asserit *Rolan. à Vall. consil. 86. n. 62. vol. primo*, ratus æque Principibus, & Subditis conuenire, cum per ea conseruentur Bona in Agnatione, & Familia illis tamèn prout hic exclusis quæstio nèc minus figurari potest, vt benè *Menoch. consil. 250. num. 67., & cons. 351. n. 26.*, & consonat *Rot. cor. Bich. decis. 272. num. 6., & 8., & decis. 625. num. 16., & 17.*

260. Concluditur nos versari extra terminos materiæ proportionatæ.

88. Diximus hic seclusis terminis materiæ proportionatæ, tùm quia *Statutum Parmen.* nec Agnationi prospicit, nec fœminas Descendentes excludit, vt indicat *Rubrica* superius expressa, proindè corruit basis, cui in suo casu innitebatur *Roland.*, quem reprobat ex alio motiuo *Menoch. dicto consil. 250. n. 67.*, tùm quia Principes alijs medijs suę Dignitati opportunioribus vtuntur ad conseruanda Bona in eorum Familijs, scilicet fideicommissis, & Primogenituris, nec non renunciationibus, quas à filiabus procurant occasione Nuptiarum, ad tradita per *Misinger. in §. Cæterum litter. L. num. 9. Institut. de leg. Agnat. Tutel., & Vrceol. consultat. 50. num. 21.*, quorum vota sequuti sunt Serenissimi Principes Farnesij, vel per fideicommissa, vel per Primogenituras fauore Masculorum erectas, & obtinendo renunciationes à Serenissimis Filiabus, vt liquet ex Testamentis, & alijs, de quibus in *Summario Num. 20. 22. 27. 28., & 29.*

261. Quæ eo magis excluditur ex quo Statutum Parmen. agnationi non prospicit.

262. Et Principes alijs medijs conservationi Bonorum in Familiis consulunt.

263. Idque ita practicarunt Serenis. Principes Farnesij, & fideicommissis, & renunciationibus reportatis à fœminis.

89. Nec sat est rationabilitas, vel vtilitas *Legis municipij* ad obligandum Principem, cum deficiat in Populo Legislatore potestas, vt præ cœteris supra fusè adductis aduertit in specie *Fulu. Pacian. de probat. libr. 2. cap. 3. numer. 108.*; sequens, *Alexand. consil. 39. colum. 5. versic. non obstat secundum argumentum, & cap. 36. num. 34.*, vnde ritè concludimus, quod nec potuit, nec voluit *Statutum Parmense* comprehendere filias Principum, & ecce primus exemptionis titulus in ordine ad Serenissimam Marghanitam eiusque hæreditatem, quam tamen alio æquè valido dicimus eiusdem Statuti Censuræ minimè subiectam.

264. Nec sufficit vtilitas, & proportio legis municipij ad subijciendum Principem, attento defectu potestatis.

90. Quandoquidem cum eadem Principissa nupsisset claræ memoriæ Serenissimo Duci Mutinensi Principi Supremo, omnes viri prærogatiuas, singulas exemptiones, & vniuersa priuilegia assequuta fuit *Leg. finali Cod. de Nupt. Leg. vltim. Cod. de Incol. lib. 10. Leg. Mulieres Cod. de Dignit. lib. 12., Menoch. consil. 52. num. 20., Salzed. in Theatr. honor. gloss. 53. à num. primo cum sequent., Boss. de Patr. potest. cap. 3. num. 236., Tira-*

265. Ex alio etiam capite Serenis. Ducissa Mutinæ Statuto Parmen. obnoxia esse non potuit, attenta eius Ducali Dignitate in Dominio Paterno adhuc retenta.

266. Quemadmodum Serenis. Dux Mutinæ ab eo exemptus erat.

raquell. de nobilit. cap. 18. num. 25. cum sequent., *Capyc. latr. decis. 181. num. 37. cum sequent.*, *Cortiad. decis. Catholon. 144. num. 18. cum sequent.*, *Sperell. decis. 157. num. 10.* : Vnde sicuti in discrimen reuocabilis non est exemptio Ducis Mutinensis à *Legibus municipalibus* Parmensibus, idipsum de Ducissa Vxore concludere opportet, *Bartol. in Leg. final. §. Item rescripserunt versic. quæro vtrum Vxor ff. ad Municipal.*, *Bald. consil. 139. versic. secundo est considerandum lib. 5.*, *Tiraquell. de Leg. Coniub. lib. primo part. prima à numer. 28. ad plures sequent.*, *Gratian. disceptat. forens. cap. 509. numer. 32.*, & *cap. 623. num. 3.*, & *num. 13.*, & *14.*, *Capyc. latr. dicta decis. 181. numer. 37.*, & *39. libr. 2.*, *Cortiad. dicta decis. 144. num. 17. cum sequent.*, *Sperell. citata decis. 157. num. 4.*, & *per tot.*, *Surd. decis. 330. à num. 9. ad sequent.*; Et quidem tàm constante, quàm dissoluto Matrimonio per Viri obitum, quia Vidua in statu viduitatis farcta tecta habet omnia priuilegia, quæ ipsi ex Matrimonio competebant, *Roland. cons. 15. num. 7. lib. 3.*, *Bersan. de Viduis cap. primo quæst. 4. num. 5.*, *Velasc. de priuileg. pauper. part. 2. quæst. 3. num. 208.*, *Fritsch. tract. var. tit. 9.*, *De Augusta tract. primo num. 9.*, *Gulielm. Erul. palestr. Iur. de Iur. Princip. exercit. 30. fol. mihi 90.*, quamdiù enim Viduitatem seruat permanere intelligitur in eodem Matrimonio, *Leg. filij §. Vidua ff. ad municipal*, *Leg. final. Cod. de Bon. Matern.*, *Bartol. in leg. quoties num. 11. Cod. de priuileg. Scholar. lib. 12.*, *Alexander consil. 125. numer. 10. lib. 7.*, *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. gloss. 3. part. 15. numer. 47.*, *Rot. decis. 8. numer. 2. post Gilian. ad Statut. Perus.*, non obstante quod Patrios repetierit Lares, nàm vbicumque locorum viduitatem seruat, eadem dicitur imago prædefuncti Viri, & durant in ea reliquiæ Maritalis Societatis, ex quibus sanè Immunitatis titulos, & exemptiones in statu Matrimonij debitas intactas retinet, latè *Sperell. decis. 157. ex num. 19.*, & præsertim *numer. 21.*, vbi affert rationem desumptam ab *Alexandr. in Leg. Cum quædam Puella num. 10. ff. de Iurisdict. omn. Iudicum*, dicens = *Causa namquè cur Coniux Viri sui domicilium acquisiuerit non fuit illius translatio ad Domum eiusdem, sed nexus Matrimonij in quo coactam ducens Viduitatem adhuc permanere dicitur* =, atquè ità fauore Principissæ Lauiniæ Feltriæ de Ruuere, Nuptæ Marchioni Aualos de Aragonia, quæ defuncto Viro ad Patrios lares reuersa fuerat, vt viueret cum Duce Vrbini Propatruo suo, in Consilio Neapolitano decisum, testatur *Rouit. Tom. 2. decis. 75. per tot.*, quem refert alijs adductis casibus *Thor in Supplem. decis. verb. Mulier versic. Mulier extera fol. mihi 417.*, & pluribus adductis de

267. Idem ita dicendum de Ser. Duc. Vxore.

268. Et quidem tam constante, quam dissoluto Matrimonio.

269. Vidua donec viduitatem seruat, in Matrimonio ipso stare dicitur.

270. Non obstante quod Patrios repetat lares, quia adhuc permanent reliquiæ maritales.

de Marin. var. resolut. lib. primo cap. 22. num. 5., ibiquè *de Luc. num. 13.*, *Rot. dicta decis. 8. numer. 14.*, *& sequent. post Gilian.*, quàm confirmatam fuisse notat *Rub. Singul. Rot. Roman. Tom. primo part. prima fol. mihi 162. num. 3.*, *&* 4., vbi ait, quod hoc priuilegium est adnexum personæ, & non loco, & *num. 6.*, & rursùs *fol. mihi 300. à numero primo vsquè ad fin.*

271. Est enim priuilegium inhærens Personæ non loco.

272. Quod magis procedit in Ser. Ducissa, quæ ita permittente Ser. Duce, Ducalem gradum, & veluti aduenæ seruauit in Statibus Paternis.

91. Quod si *de Iure* in quocumque casu locum obtinet, hic nec minimam admittit difficultatem, quia dicta Ducissa Vidua ad Paternam Ditionem reuersa, gradum Principissæ Supremæ, & veluti aduenæ in omnibus seruauit ità volente Serenissimo Duce Regnante, cuius Imperio illi custodia Heluetica Principibus Supremis tantum assignari solita, data fuit vna cum particularibus mansionibus in omnibus Ducalibus Palatijs pro libito inhabitandis *vt Summario numero primo*, reliquoque in cæteris omnibus tractamento Ducali, & Supremo gradui, quo præfulgebat, conueniente. Quamobrem si ex concordi voluntate Serenissimi Ducis Parmensis, dictæque Ducissæ Viduæ eadem de facto retinuit qualitatem *de Iure* competentem Principissæ Supremæ, hancque vsque ad obitum seruauit Vanum profectò esset dubitare de illius exemptione, hoc quoque secundo spectato titulo, *à legibus municipalibus* Ciuitatis Parmę, quibus in gradu *Supremæ Ducissæ Mutinensis* subiecta esse nequiuit vt in debilioribus terminis prosequuntur *Riminald. Iun. cons. 15. num. 65. lib. 1.* loquens de Statuto Parmensi ibi = *Ergò non includitur D. Blanca, quæ mortis tempore, & conditi Testamenti non erat Subdita Parmensi dominio, eum Mutinæ, seù S. Cesario illius Ducatus reperiretur nupta* = & meliùs de eodem Statuto firmauit *Rot. coram Seraphin. decis. 843. num. 1.* ibi = *Cum igitur qualitas ista Subditi non conueniat Lucinæ non comprehenditur eius successio huiusmodi Statuto ipsa enim nupserat extra Territorium Parmæ*, = & ità etiam communitèr docuerunt *Albert. Brun. cons. feud. 118. versic. persona autèm*, vbi quod nupta extrà Territorium non potest dici Subdita, quia non est ampliùs quo ad personam de illa Iurisdictione *Cephal. cons. 161. num. 9.* latè *Altograd. cons. 97. nu. 30. & seqq.* & præcisè *num. 41.* plures allegans *libro primo*, *Petr. de Rauenna de Statutis inter tract. magn. Tom. 2. fol. 386. à tergo num. 21.* præclarè loquens his verbis = *Sic in simili quæstione facti de Statuto Ferrariæ disponente, quod exstantibus masculis filia fæmina non succedat allegaui Cardin.*, *quod non ligabat filiam nuptam extra Territorium Ferrariæ*, *quod ad Bona extra Territorium constituta*, *& hoc si Statutum loquitur generalitèr modo prædicto debet restringi ab Bona posita in Territorio*, *sed si spe-*

273. Custodia Heluetica solis Principibus supremis debita in alienis Statibus habita.

274. Peculiaribus ædibus retentis in omnibus Ducalibus Palatijs.

275. Frustra ideirco quæritur de eius subiectione Statuto.

276. Etiàm ex capite, quod Nupta fuerit extra Statum Parmen.

cialitèr loqueretur expressè prohibens ne filia succederet in aliquibus Bonis vbicumque sitis adhùc idem dicendum in casu isto, quia ex quo nupta est desinit esse de primo Domicilio, & fit de Domicilio Viri L. Imperator &c. & sic non ligatur illo Statuto tanquam non subdita ità Card., Thesaur. quæst. forens. lib. 2. quæst.4. num.23., vbi refert *Maluas. cons.123. num.24. libro primo* dicentem, *quod Statutum exclusiuum non habet locum, si ille, de cuius Successione agitur sit Forensis, & fœmina succedens nupta sit forensi, etiamsi bona defuncti in Territorio Statuentium posita reperiuntur = Conciol. allegat.39. num.24.*, & re plenè discussa *Gobb. consult. decis.84. num.3. nu.29. & 65.* vbi præter alios allegat, *Merlin. de legitim. lib.3. quæst.18. num.65,* plures pariter afferens.

277 Particularis Ciuitatis Statutum idcirco inapplicabile, quidquid esset si ageretur de lege totius Regni, vel Prouinciæ.

278 Proùt non desunt in alijs Regijs Familijs Europæ leges speciales normam præbentes successionibus.

92. Ex præmissis videtur in summa euidentia posita non subiectio Serenissimæ Ducissæ Margharitæ, eiusque hæreditatis *Statuto Parmensi*, quæ idcircò aliter deferri nequiuit, quàm ad præscriptum *legum Imperialium*, quibus ipsi met Supremi Principes ligantur, exceptis ijs in quibus *Leges speciales* Regiarum Familiarum prouiderunt, vt habemus *de Iure Austriaco de Lege Salica*, alijsque consimilibus vigentibus pro maioribus Monarchijs Regnis, & Principatibus de quibus pleno calamo tractant *Gomez ad L.40., Thaur. num.8., Gregor. Lopez libr.2. tit.15. part.2. verb. la Gya maior, Tiraquell. de Primogen. quæst. 10. per tot., Molin. de Primogen. Hispan. libro primo cap.2. numer.16., & 17.* doctissimus *Biscard. in famigerata Epistola pro Philippo V. Hispaniarum Monarcha §.1., & 3.*, ad quam sanè legalissimam declinandam consequentiam inutilitèr contenderetur, quod licèt *Statuta Parmensia* vi auctoritatiua minime afficiant controuersam hæreditatem, ea tamèn ad illius Censuram adiudicari debet ex vi præsumptæ conformationis Defunctæ cum *Statuto, seu Lege Patria*, cui ipse met Princeps, & alter quicumque exemptus censetur se vniformasse eo ipso, quod intestatus decessit, & locum apertum reliquit Testamento tacito, seù *Statuti*, quod censetur *à Statuto* factum iuxta mores suæ Regionis, & Patriæ per ea quæ ratiocinatur *Card. de Luc. ad Bull. Innocentian. §.11. à num.14. ad fin. cum cæteris per ipsum inibi allegatis, & respectiuè indicatis.*

279 Quod si non vi auctoritatiua, nec minùs ex præsumibili conformatione subiectio erui potest Statuto.

93. Non recedentes siquidem à superius expensa ponderatione, quę probat hic nos minimè habere *legem Patriam* exempti, qualis fortasse dici posset *lex* Vniuersalis Regni, vel Prouinciæ. Sed nudam *legem Ciuitatis Parmensis*, quæ in ordine ad Principem, & Familiam *Patria* censeri nequit. Adhuc iu hoc verè insubsistenti supposito strictiùs ad obiecti solutionem descendimus, dicendo, quod quidquid in suo priuato sensu credi-

d derit *Card. de Luc. loco mox allegato*: Hoc vnum certum est, quod ante *Constitutionem Innocentianam* de qua infrà verba facturi sumus, in Curia nostra, & in *S. Rota Romana* Tribunalium Magistra, vigebat illa receptior opinio, quod exemptus *à Statuto* siuè vno, siuè altero titulo, & è contra subiectus *legibus Imperialibus*, censebatur in casu intestati se vniformasse *Iuri communi*, cui subijciebatur, non *municipali*, quod ipsum eiusque Bona, & hæreditatem non afficiebat ad firmata vnanimitèr per *Aleiat. cons.9. sub num.3. lib.6.*, *Castill. contr. Iur. lib.5. cap.158. num.* . , *Mantic. de coniect. lib.6. tit.7. num. 19.*, *& 20.*, *Andreol. contr.227. num.6.*, *& seqq.*, *Mans. consult.758. num.18. vers. verum Tom.8.*, *Rot. post Censal. ad Peregrin. decis.34. num.9. coram Ottobon. decis.258. num.12.*, *& 13. coram Cels. decis.258. num.12.*, *& 13. in Recent. decis. 728. sub num.10. par.18.*, *& decis.38. num.12. par.19. Tomo primo*. 280

Reijcitur Card. de Luca loquens contra communem super hoc puncto conformationis præsumpta.

94. Et in specie de intestata hæreditate exempti, qui voluit ab intestato decedere *Mans. consult.239. num.1. Rot. coram Cels. decis.258. num.15. coram Ottobon. decis.149. num.11. inter collectas per Palm. decis.397. num.15.*, *post Albic. de inconstant. in Iudic. decis.46. num.16.* optimè in *decis.26. num.19. & 20.* ibi = *tùm*, *& fortiùs, quia mori voluit ab intestato, quo casu Clericus tanquàm Legi municipali non subiectus censetur solum eius animum, & voluntatem intendisse ad Ius commune, & cum eo simpliciter se conformasse* = *& decis.27. num.7.* ibi = *Tertio opponi nequè valuit Card. Martium se vniformare voluisse in eius successione cum statutaria dispositione Vrbis in exclusionem Lauræ Neptis, nàm deficit eius voluntas clara, & expressa, quæ necessaria fuisset; quinimmò coniecturalis, & implicita, quæ sufficienter non elicitur ex relatione ad partem Statuti à fratribus profectò in Capitulis, & Instrumento Dotalibus habitam. Nàm non exindè generalis relatio desumi potest potissimè attento obitu eiusdem Cardinalis ab intestato, quem præsumi debet se vniformare voluisse cum dispositione Iuris in eius successione, & non autem cum statutaria, & municipali* = *lib.6. inter addit. ad Card. de Luc. tom.1.* Et ratio est semper eadem legenda in *dicta decis.258. num.12. coram Cels.* ibi = *nec dicatur, quod Clericus decedens ab intestato censeatur se conformare cum Statutis suæ Ciuitatis, & iuxtà illorum dispositionem velle deferre suam hæreditatem, quia cum ipse non ligetur dictis Statutis non est præsumendum, quod cum eis se conformare voluerit, sed potiùs, quod respexerit ad Ius commune* = sic benè etiam explicauit *Rot. decis.149. num.10. coram Ottobon.*, *& decis.38. num.11. par.19. recent.*, vbi quod regula conformationis cum *Statuto* procedit ad summum in Subditis non in exemptis.

281 Talis conformatio in exempto decedente ab intestato non præsumitur.

282 Sed potiùs se conformasse cum Iure communi.

Im-

283 Imò nec in Subditis Statuto talis militat indistincta præsumptio se conformandi cum Statuto.

284 Nisi concurrant coniecturæ vndequaque vrgentes.

95. Immò in ipsismet Subditis *Statuto*, qui ab intestato decesserunt dicta sola præsumptio conformationis cum Patrio *Statuto* nihil operatur pro bonis extra Territorium sitis, vel pro includendis, & respectiuè excludendis personis non Subditis, sed aliæ vrgentiores desiderantur coniecturæ, quibus deficientibus, hæreditas defertur iuxtà dispositionem *Iuris communis* ad magistraliter firmata per *Rot. decis.*304. *num.*6., & 7., & *seqq. par.*1. *diuersor.* vbi explicat *Text. in l. conficiuntur ff. de Iur. Codicill.*, & reprobat *Salicett.*, & alios contrarium tenentes, quos pariter confutat *Thomat. decis. Maceraten.*204. *num.*75., & Iure quidem meritoquè, quià *Lex* est illa, quæ defert hæreditatem non sola præsumpta voluntas decedentis sine Testamento ad *Text. in l.*2. §. *Hæredes autem Bonor. ff. vnde legitimi L.*3. §. *De illo ff. pro Socio Oynot. de hæredit. quæ ab intestat. deferunt. lib.*3. *tit.*1. *num.*15. *Rot. dicta decis.*304. *num.*4. optimè *Philipp. de Casol. inter tract. diuersor. de success. ab intestat*, §. 1. *num.*8., vbi quod actus negatiuus deficientiæ Testamenti nihil ponit in esse ex voluntate defuncti, sed benè ex potentia *Legis*, quæ habet dominium Bonorum, quæ sunt in republica ad *Text. in L.*1. *ff. de Leg.*, & sic transfert dominium de persona in personam iuxtà ordinem ab ea præstitutum *Faber. de error. pragmatic. decad.*87. *ar.*9. *num.*2., & concordant cum *Oynotm. vbi mox Bary de success. lib.*18. *tit.*1. *num. pariter* 1. *Oliuar. Textor.*, *Turonen. in tract. diuers. de success. ab intestat. pag. mihi* 694., vndè est, quod successio ab intestato *iusta dicitur*, & *legitima* nulla facta mentione de voluntate morientis, vt colligitur ex dicto *Text. in l.*3. §. *De illo ff. pro Socio*, & facit alter *Text. in l.*1. *ff. de legit. Tutor.* = *Is qui ad legitimam hæreditatem* =

285 Lex defert, & regulat successiones, non sola voluntas præsumpta.

286 Deficientia Testamenti est actus negatiuus nihil ponens in esse, sed lex operatur.

287 Quæ ideo distribuit bona, prout Iura disponunt in loco eorum existentiæ, & ità de Iure seruatum etiam in Statu Eccles. ante Constit. Innocentianã.

96. Inconcussis hisce theoricis fauent casus practici passìm à *Sac. Rota Romana* decisi ante dictam *Constitutionem Innocentianam*, nàm dato decessu ab intestato alicuius possessoris bonorum in diuersis locis, quorum in vno vigeat *Statutum* exclusiuum fæminarum, in alio non, succedebatur virtute Statuti in bonis sitis in dicto loco *Statuti*, in cæteris verò ad mentem *Iuris communis Rota coram Comitulo decis.*123. *per tot.*, & *in rec. decis.*117. *par.*5.. Itèm intestata hæreditas alienigenæ Romæ Bona possidentis diuersimodè adiudicabatur ex qualitate hæredis successuri, qui si erat Ciuis Romanus operatur eius fauore Statutum Vrbis *Rot. dicta decis.*304. *numero* 9. *par.*1. *diuers.* Si verò erat Exterus non gaudens beneficio *Statuti* succedebant omnes hæredes ab intestato proùt *de Iure*, nullo habito respectu ad *Statutum* proprium decedentis *Bald. in L. cunctos Populos sub num.*58. *ff. de Sum. Trinitat. Salicet. ibidem num.*1., & 13. *Alexand. cons.*16. *num.*1. *lib.*1.

Rot.

*Rot. dicta decis.*177. *per tot. par.*5. *vers.* Quæ sanè diuersa distributio hæreditatis, non proueniebat à varia morientis voluntate, quæ semper eadem præsumi debuisset; sed indè deriuabat, quod *Statutum* non profuit Forensibus, non excludit Forenses, nec porrigit vires suas ab Bona extra Territorium *Rot. coram Buratt. decis.*188., *&* 262., *&* *in recen. decis.*68. *par.*6.

97. Firmitatem autem dictarum *Sententiarum* in omnibus prænarratis casibus non abrogauit, sed immò mirabiliter confirmauit *Constitutio Innocentiana* eo ipso, quod per speciem *Legis nouæ*, & correctoriæ publicatæ Populis requirentibus, illisquè de nouo *Legi latæ* assentientibus voluit, induxit, & sanciuit dictam præsumptionem conformationis Defuncti ab intestato cum Patrio *Statuto* exclusiuo fæminarum, non curata ampliùs copulatiua subiectione siuè personarum, siuè Bonorum, vt in *eadem Constitutione* legere est. Si enim ità Papa sanciuit de nouo corrigendo *Ius antiquum* ergò prius diuerso *Iure* viuebatur, vt ratiocinantur *Decian. cons.*10. *n.*59. *lib.*4. *Mans. consult.*417. *num.*15. alijquè collecti à *Rota in Assisien. Immissionis* 15. *Aprilis* 1712. *S. Vrgentius coràm Eminentissima Scotto*. *Constitutio* huiusmodi ad Ditionem Parmensem auctoritatem suam non extendit; Ergò *Statutum* Parmense non ad mentem nouæ *Constitutionis*, sed juxtà receptissimam *S. Rotæ* Sententiam antè *Constitutionem* judicandum est. 288

Quæ vti lex noua, & restricta ad Subditos immediatos, nec priores Sententias de Iure, substulit, nec normam præbet exteris successionibus.

98. Figurato igitur casu verè impossibili, quod Serenissima Ducissa Mutinæ eiusque hæreditas *Legibus municipalibus* Parmensibus subiecta fuisset; Noua potentior insurgit difficultas ex eo, quod in medio stant duæ aliæ personæ nempe *Serenissima Regina Catholica*, quæ dicitur exclusa, & alter ex excludentibus, hoc est *Serenissimus Dux Parmæ regnans*, quorum neutra Statutis subiecta est. Quod enim *Regina Hispaniarum Legibus Parmensibus* non subijciatur discursum, neque admittit, & de Fœminis priuatis nuptis extra Territorium tractant *Spadon. Theatr. Viduil. disput.*63. *Allegrad. cons.*97. *num.* 42. *lib.*1., vbi plura allegat *Iuris* nostri loca, *&* *num.*107., *&* *seqq.*, vbi quod nuptæ extra Territorium, etiamsi inueniantur in loco originis, ibi non possunt conveniri, cum solùm sortiantur Forum ex persona Mariti, & in Ciuitate cuius ipse est orrundus, quod docuit etiam *Laderch. cons.* 74. *num.* 7. Serenissima Principissa Elisabeth ad hanc dignitatem ascenderat *de anno* 1718., quando hæreditas Amitæ delata fuit; Ergò illam vindicat ex præscripto *Iuris Communis*, & nequit arceri à *Statuto* Parmæ, quod in eam *Ius* minimè dicit iuxta tradita per *Bardellon. cons.* 46. *num.*95. 289

Statutum Parmæ. nec etiā potest esse operatiuum attenta qualitate Ser. Reginæ Catholicæ illi non subiectæ, quæ prætenditur exclusa, & attenta etiā Persona Ser. Ducis.

num.95., & conſ. 58.num.50. ≥ ad cognoſcendam virtutem Statuti prohibitiuam, quatenus ſe extendat, reſpicimus perſonas, in quas verba diriguntur, an ſint ſubditæ, nec ne ≥ & ſequitur *Sadarin.reſp.5.ſub.n.*11.nullatenus attento, quod ipſa natiuitate, & origine eidem Statuto cenſeri poſſit ſubiecta iuxta contrariam pretenſionem. Pro dimetienda etenim ſubiectione *Statuto*, vel exemptione ab eodem, attenditur vnicè tempus delatæ ſucceſſionis, nec de antecedenti ſubiectione curandum eſt *Albert. Brun.de Statutar.ſucceſſ.artic.5. num.45., & art.6. num.29.lib.1. Theſaur.quæſt.Forenſ. lib.2. quæſt.2.num.9., Sadarin. reſpon. 4. numer. 32., Magon. deciſ. 41., numer. 3. Sperell.deciſ.11. num.22., Rot. deciſ.521.num.7., & deciſ.625. num.30. cor. Buratt.*, & confert in ſpecie exemplum Clerici; qui tam etſi natus ſit Laicus, dùm tamen agitur de illius actiua, vel paſſiua ſucceſſione attenditur *Ius commune*, non Statutarium a quo in die facti caſus ob ſuperuentum Clericatum exemptus fuit *Rot.cor.S.M.Alexand.VIII.dec.149.num.4. cor. Bich.deciſ.521.num.6., & ſeqq.,in rec deciſ.728.nu.4.,& ſeqq. part.18.tom.2.*, & optimè dictum fuit *in Cornetana ſucceſſionis, ſeù Teſtamenti 9. Ianuarij* 1722. *§. ſed Domini, & duob.ſeqq. cor.Reuerendiſſimo Lancetta Decano*. Et hinc eſt, quod Fœmina Monialis facta, quamuis olim obnoxia *Statuto*, iſtud tamen eidem non obeſt, quominus conſequatur hereditatem ipſi iam Moniali effectæ delatam *Ruin. conſ. 200. num. 8., & 9. lib. 2. Roland.conſ.57.num.29.Rot.cor.Bich.deciſ.625.nu.31.,& ſeqq., & in recen.deciſ.728.num.6.,& ſeqq.par.18.tom.2.poſt Conſal. ad Peregrin. deciſ.34., & deciſ.256. par.11. deciſ.728. num.6., & ſeqq. par. 18.*, egregiè *Sperell. dicta deciſ.11. num.21., & ſeqq.* refellens diſtinctionem inter *Statutum* iniijciens vinculum ab initio, vel poſt factum, idque comprobans praxi, & moribus totius Italiæ, iuxta quam Parentes, & Conſanguinei eorum qui profitentur in Religione, benè callentes iuuari ſe non poſſe ſimilibus *Statutis* ſibi conſulunt ope renunciationum, quas antè profeſſionem celebrari curant; & idipſum tenet, *Mart. de Iuridict. par.4. centur.1. caſ.4. num.22., & ſeqq.* cum quibus proceſſit, *Rota in dicta Cornetana nuper allegata*:

290 Non attenta prima natiuitate.

291 Quia attenditur tempus delatæ ſucceſſionis

292 Nemo Clericus naſcitur, & tamen Clericatus uperueniens illum red it exemptum à Statuto.

293 Quod idem prædicatur de Fœmina effectaMoniali.

294 Ideoque modus introductus præuentiuæ renunciationis quoad ipſas.

295 Pari ratione ceſſat ſubiectio attenta Perſona Ser. Ducis.

99. Eandemquè à *Statuto* exemptionem cum ſortiatur indubitanter, & indubitantius *Sereniſſimus Dux Parmæ Regnans*, alterquè ex fratribus excludentibus, defectus copulatiuæ ſubiectionis perſonarum excludentium, & excluſarum nequit eſſe magis manifectus; ea autem ceſſante ceſſat operatio *Statuti* in ſua vi intrinſeca, *Corni. conſ.94. n.9. lib.2., Ruin. conſ.195. num.5. lib.2., Pariſ. conſ.12. num.26. lib.3., Altograd. conſ.93. num.29. lib.1., Mevius ad Ius Lubecenſ. quæſt. 2. num.4., & ſeqq., Cirocc. diſcept.36. num.33., Gobb. conſult.85. num. 34.* apud

apud quos *alij*, *Rot. decis.43. per tot. par.7. recent.* Et vnicum remouet infirmissimum præsidium vagæ illius, & generalis præsumptionis super conformatione cum *Statuto* Stante decessu ab intestato, quæ nihil valet in concreto casus, tum quia deficit subiectio personæ de cuius hæreditate agitur, sinè qua vanum est agere de præsumpta conformatione, tum etiam quia in terminis illius qui *Statuto* subditus est eadem præsumptio debilis reputatur nisi sit coadiuuata à potentioribus, quæ non solum hic desiderantur, sed contrariæ præponderantes occurrunt; Etenim Ducissa Margharita repentino morbo correpta

296
Præsumpta conformatio Statuti eo magis excluditur in Ser. Ducissa, stante eius repentinò decessu.

decessit *Summario Num.2.* si ergo obijt sinè Testamento, hoc potiùs adscribi debet impotentiæ illud exarandi, quam voluntati se se conformandi cum *Statuto*, & iuxta illud deferendi suam ab intestato successionem, vt ponderant superius recensitæ *auctoritates*, & signanter *Rota decis.38. num.15. par.19.*, & post *Card. de Luc. tom. primo lib.6. de Dot. decis.26. nu.18.*, *& decis.27. num.7.* Insuper si toto tempore viduitatis gradum Principissæ Supremæ tanta tenacitate seruauit, quomodo dici

297
Mors inopinata eo magis talem conformationem excludit.

poterit quod moriens voluerit se æquare Popularibus Parmensibus, bona sua subijciendo *Statutis*? Considerari rursùs debet quod ipsi apprimè nota erat renunciatio emissa à Sacra Catholica Maiestate fauore Serenissimi Ducis Fratris, cuius virtute vniuersa sua hæreditas ex præscripto *Legum Imperialium* deuentura erat ad eundem Serenissimum Ducem Caput Inclytæ Familiæ, & Agnationis, ergà quem tum hoc respectu, tùm etiam spectatis officijs toto Viduitatis tempore tanta munificentia receptis maior præsumenda est dilectio ad firmata per *Card. de Luc. de Renunciat. disc. 3. num. 4. disc.7. num.2., & seqq., Mart. de Success. legal. part. prima quæst.14. art. primo num.11. bon. mem. Ansaldo in addit. ad eius decis.48. num.24., & decis.48. num.42., & Rota decis. 1122. num. 31. coram Emerix Iun.* Hoc demùm addito quod ipsa in contra-

298
Sed potius contraria adstipulatur stante, quod eius Hæredita s peruentura erat ad Ser. Ducem.

ctibus, de quibus mox acturi sumus sese alienam perpetuò demonstrauit à subiectione *Statutis Parmensibus*, quæ tanquam Principissa Suprema in totum neglexit atque contempsit. Vndè minùs durum esset concludere, quod *legibus* in vita spretis voluerit se moriens submittere, & *legibus* fortasse à toto genere ignoratis, & quarum importantiam nequè scire valuisset stante illa grandi perplexitate, & ambiguitate quam inuoluunt, quo casu magis difficilè est præsumere conformationem *Statuto* admodum dubio, quia nil volitum quod prius non fuerit cognitum ad regulam in proposito exornatam per *Mantic. de coniect. lib. primo tit.3. num. primo, Donad. de renunciat. tom.2. cap.50. num.13., Mans. consult.23. num.22.*, *Rota coram Emerix Iun. decis.651. num.4., & 952. num.9. in recent.*

299
In vita se ostendit alienam à subiectione Statuti.

300
Confirmatio etiam excluditur attenta in hoc passu Statuti dubietate, & ambiguitate.

recent. decis. 296. num. 30. par. 17., & in Romana Fideicommissi de Auila super nouiter reseruatis 19. Iunij 1713. §. Diximus coram bon. mem. Ansaldo.

301 Refellitur ass. obseruantia, qua dicitur Ser. Principes Farnesios se Statutis subiecisse.

302 Quæ tamen, nec in facto subsistit, nec in Iure releuaret.

303 Obseruantia debet esse præcisa in Casu, & Rubrica Statuti, de qua agitur.

304 Quia tantum habet de potentia, quantum de actu.

305 Et de vna parte Rubricæ non valet argumentum ad alteram.

100. Nè in re tanti, & tot numeris momenti, quidquam relinquamus intactum, postrema dirigimus verba ad nonnullos actus pro adstruenda in Principibus Farnesijs obseruantia *Statutorum* Parmensium, ex quibus fortasse subsumi prætenditur, quod Serenissimi Principes vtriusque sexus, tam & si illis non Subditi, ijsdem se vltro subijcere voluerunt, vt viuerent, & morerentur *cum legibus, & sub legibus Populi Parmensis*. Discursus iste cæteris omnibus debilior est siuè *in Facto*, siuè *in Iure*. Præmisso siquidem, quod obseruantia, vel consuetudo allegata ad illum effectum probandi voluntariam subiectionem *Statutis*, quibus, quis minimè ligatur, debet esse indiuidua, & præcisa in casu, & terminis illius Rubricæ super qua quæstio cadit sicuti communiter firmant *Fab. de Anna cons. 122. num. 32., & 33. lib. 2. Surd. cons. 308. num. 6. Mastrill. de Magistrat. lib. 4. cap. 13. num. 64. Montan. contr. 6. sub num. 3. versic. quia Consuetudines bon. me. Ansald. dec. 100. num. 42.* ibi = *Vndè neque Doctorum dicta neque traditiones &c. valebant afficere, quod consuetudo rigidè semper interpretanda protrahi posset ab vno casu &c. ad alterum generalis, & effectiuæ capacitatis succedendi releuante regula &c.* = ex ea ratione, quod consuetudo tantum habet de potentia, quantum de actu, & sic nullam, vel minimam admittit extensionem *Gratian discept. Forens. cap. 79. num. 10. Rocc. disput. Iur. cap. 79. num. 11. Rot. coram Arguell. decis. 72. num. 18., & decis. 513. num. 17. part. 5. recen., & decis. 304. num. 8. part. 12., & decis. 96. num. 21., & 22. part. 17., & in Mantiss. ad de Luc. super Mater. de Iurisdict. lib. 3. decis. 13. num. 15., & 16., & in Rauennaten. prætensæ Aggregationis ad Locum Consilij 7. Iunij 1717. §. Quæ cum ita sint coram bon. mem. Ansaldo*; Vndè fit, quod si obseruantia adducatur, quo ad vnam partem Rubricæ, & altera pars sit illa, quæ causam dat controuersiæ dicta obseruantia, nihil valet, & nullatenus stringit, vt optimè docent *Hended. cons. 78. num. 111. cum seqq. lib. 2. Rot. decis. 231. num. 14., & 15. part. 10. recen.* ibi = *Quia præter quam quod non procedit in conditionibus diuersis, & separatis, quorum vna non tendit ad limitandum extendendum, seu qualificandum alteram &c. prout in effectu sunt in casu nostro cum paragraphus minuens numerum Testium sit omninò diuersus à paragrapho prohibente executoriam tàm respectu materiæ, quorum nihil habet commune cum altera, quam etiam respectu ordinis Scripturæ, ex quo licet vtraque contineatur sub eadem Rubrica pa-*

par agraphi, tamen sunt prorsus separati, & vnus valde distat ab alio.

101. Quibus omnibus procedentibus in terminis Priuatorum, qui à *Statuto* exempti sunt, alia efficacissima patrocinatur ratio vbi agitur vt hic, de Principe, vel alia Persona valente, vti *Statuto*, cui non subijcitur per viam, & modum priuilegij iuxta animaduersa per *Bald. in l. Legati Cod. ad Legem Falcid. Castrens. in l. digna vox Cod. de Legat. Brun. in tract. de Statut. exclus. Fem. in art.6. princip. num.67., & seqq. Antonell. de Loc. legal. lib.2. cap.15. quaest.6. ex num.103. Balducc. ad Ramon. cons.45. num.5. Vrceol. consult.44. num.13. Roland. de Luer. Dot. quaest.83. in fin. Sperell. decis.11. n.15.* Non enim ex eo quod aliquando dicto priuilegio, vti soleant, valet illatio; Ergò se subiecerunt *Statutis*, & ad coactiuam eorundem se obligarunt obseruantiam *Rot. coram Dunoz. decis.351. num.15. in rec. decis.218. num.12. part.16. in Leodien. seù Aquisgranen. Canonicatus 7. Martij 1701. §. Alter verò coram Eminentissimo Scotto, in Nouarien. Interuentus in Pontificalibus 27. Iunij 1704. §. fin. coram bon. mem. Omanna, & in Casertana Beneficij super Iure administrandi 20. Iunij 1721. §. Et de facto coram Reuerendissimo Herrera.* Sed res manet in classe nudæ facultatiuæ voluntatis, quæ nec etiam dici poterit ad effectum perducta nisi probetur positiuus vsus in illomet negocio, & casu, de quo disputatur *Surd cons.2. num.35. & seqq., & decis.20. num.9. Mantic. de coniect. lib.6. tit.7. num.20. Bellett. disquisit. clerical. part.1. tit. de exempt. Clerical. à Statut. Secular. §.2. num.40. in fin. Vrceol. consult. forens. 44. tom.1. sub num.11.* ibi = *quia non sufficit, quod possit vti ad hoc, vt ligetur, sed requiritur, vt actualiter vtatur* = *Sperell. decis.11. num.18.* ibi = *quia non sufficit posse vti, vel in alijs causis vsum fuisse, sed requiritur, vt actualiter vtatur in illo negocio, in quo prætenditur contra ipsum seruari qualitatem eiusdem Statuti* =.

306 Quod magis procedit, quoad exemptos, & in terminis voluntariæ subiectionis.

307 Quæ inualente illis vti per modum priuilegij non benè concluditur, ex quo aliquando vsus fuerit.

308 Id enim remanet in puris terminis facultatiuæ, quæ nec etiam aliquod operatur, nisi sit ad actum perducta in casu præciso.

104. His præmissis, facile est conijcere, qua via quibusquè medijs probari deberet, quod Principes Farnesij obseruarunt *Statutum*, de quo modo agimus. Numerandi siquidem essent plures casus Successionum intestatarum, quas in totum occupauerint Masculi, vel remotioris, vel coæqualis gradus in omnimodum præiudicium Fœminarum proximiorum, vel gradus *de Iure* paris, & tamen vsque adhuc, nec vnus verificatus fuit casus, & certè credimus verificari non posse, quia Principes Farnesij, vel obierunt Testati, vel eorum ab intestato decedentium hæreditas, nec à Masculis, nec à Fœminis adita fuit fortasse, quia nullum allatura erat compendium. Vndè deficit in radice fundamentum obseruantiæ in casu indi-

309 Essent ideirò allegandi, & Probandi Casus indiuidui Successionum Princip. Masculis delatarum exclusis Ser. Fœminis.

310 Quod de Ser. Princip. Farnesijs nunquam accidit. quia vel decesserunt testati, vel eorum Hæreditas vtpote damnosa, nec à Masculis, nec à Fœminis adita fuit.

diuiduo Succeffionis inteftatæ, quæ ad effectum fimpliciter etiam interpretatiuum per multiplicitatem actuum demonftranda, & iuftificanda effet *Bonden. collect.legal.38.n.185. tom.2.Palm.Nep.allegat.314.num.24.Conftant.ad Statut.Vrb. annot.6.n.45.de Comit.decif.fenen.3.num.69. Rot. coram Comitul.decif.36. n.10.coram Dunoz.Iun. decif.265., & in Calceaten.Canonicatus* 14.*Ianuarij* 1718.§.11. *coram Reuerendiffimo Lanceita*.

311 Refellitur quædam informis quoad hoc adducta fides nulla reflexione digna.

103. In re igitur talibus probanda argumentis, quæ fi vel à longe allegabilia fuiffent, omnis profectò filuiffet in hoc negotio ex parte Sereniffimi D.Ducis, conteftatio nullius momenti eft, quædam informis atteftatio vnius Sacerdotis octuagenarij nuperrimè communicata, in qua legimus cl.mem. Principes *Alexandrum, Horatium, & Petrum, de quibus in præmiffa Arbore* deceffiffe inteftatos, relictis in eorum hæreditatibus mobilibus, alijfque fupellectilibus ipforum qualitati conuenientibus vltrà id, quod ipfis competere poterat de Bonis Paternis, & Maternis, & rurfus ab eifdem hæreditatibus exclufam femper remanfiffe Sereniffimam Mariam Magdalenam fororem, quæ illis fuperuixerat.

312 Non quia vnici Teftis, & informis, fed quia allegati cafus aliundè comprobarentur, & diuifione, & alijs actibus.

104. Diximus dictam vnicam fidem nullius effe momenti, non quià vnica, & informis, non quià nullam bonam allegat fcientiæ caufam, qua non deducta nullatenùs attenditur ad *Textum in cap. fuper litteris de Teft. Rota coràm Card. Cerro decif.* 285. *num.6.& in Mantiffa ad Card. de Luca tom.4. lib.13. decif.13. num.18.* Potiffimè in circumftantijs cafus, quippe quià fi tot hæreditates totque Iura Paterna, & Materna Sereniffimorum Principum Farnefiorum diuifa fuiffent inter mafculos fœminis exclufis, profectò effent in rerum natura actus folemnes diuifionum, qui omnibus paterent, & fignanter recitato Tefti maxime quo ad portiones obuentas Sereniffimo Principi Petro, & refpectiuè quoad illius hæreditatem, ftante quod illi inferuiebat (vt afferit) pro Cappellano. Non quia ad fummum deponit de actu merè negatiuo non admiffionis videlicèt Sereniffimæ Principiffæ *Mariæ Magdalenæ* ad portionem aff. hæreditatum, qui actus nullam adftruit obferuantiæ fpeciem, nifi doceatur de pofitiua petitione, & paffa cum acquiefcentia exclufione, *Rota decif.342. num.10. & decif.472.num.9. par.18. recent. in Spoletana Bonorum 8.Iunij 1682.§.Pofthabita coram bon.mem.Paulutio*, nam alioquin voluntaria exclufio ab vna fœmina negligenter, vel ofcitanter tolerata cœteris in minimo præiudicat in puncto *Rota coram Card.Cerro decif.677.n.6. vbi cæteri concordan.*

313 Nuda non admiffio fœminarum in fucceffione non concludit non docto de earum petitione, & exclufione paffa.

314 Refellitur etiam d. Teftis, quia infubfiftenter loquitur.

105. Sed ftrictiùs, & efficaciùs quià in omnibus infubfiftenter, & erroneè loquitur; Supponit *primò* omnes prænominatos Prin-

Principes Farnesios occubuisse intestatos, quandò certum est, quod *Princeps Alexander* vita functus est in Hispanijs de anno 1689. *Summario num.* 18. & quidem condito Testamento, vt non erit impugnandum; *secundò* dicit eosdem Principes reliquisse mobilia, & supellectilia eorumdem magnatitię qualitati conuenientia: Quomodò Testis Parmæ moram trahens hoc scire potuit de dicto *Serenissimo Principe Alexandro* in Hispania defuncto, & de Serenissimo *Principe Horatio*, qui glorioso fato decessit Venetijs de anno 1656. reduxa Bello Cretensi in florida ætate ann. 20.

315 Serenis. Princeps Alexander decessit testatus in Hispanijs.

316 Quod alij Serenis. Principes Mobilia reliquerint, ignoráte debuit Testis.

106. Præterea quomodò id contrarius Testis dicere potuerit peruentam portionem hæreditatis Serenissimi Principis Petri prædefuncti ad dictum Serenissimum Principem Alexandrum fratrem, quandò hic tempore obitus illius erat absens à Ciuitate Parmæ, vtpotè moram trahens Barcinonæ? *Summario num.* 19.

317 Serenis. Princ. Alexander tempore obitus Ser. P. Petri erat absens à Ciuitate Parmæ.

107. Vlteriùs quoad asserta mobilia, supellectilia, & argenta, quæ Testis prædictus supponit à dictis Principibus relicta, si illa eorum hæreditatibus adscribere voluit, & hæc omnia vtpotè iuxtà consuetudinem Serenissimę Familiæ data, & dari solita à Regnante, ad illum Iure suo reuerti debuerunt, iuxtà Testimonium, quod nobis in hac parte perhibet Testamentum claræ memoriæ Ducis Ranutij grauans Serenissimum hodiernum Ducem = *A pagare al Serenissimo Sig. Prencipe Antonio suo fratello &c. ogn'anno durante la sua vita naturale Ducatoni d'argento dieci mila, ò sua valuta, oltre l'appartamento in Corte fornito, come è il solito, e come conuiene per tutto quello &c. Summ. num.* 20. & deponunt Officiales Serenissimę Gazæ, *Summario num.* 21. *Tertiò* Rationem habet pro impinguandis dictis hæreditatibus de Bonis tàm Paternis, quàm Maternis, quandò in ordine ad Paterna obstabat Testamentum cl. mem. Ducis Odoardi, qui dictos Principes filios tacitauit in annuo, & congruo assignamento scutorum decem millium, *Summario num.* 22., & respectu Maternorum error est manifestus illa dicere delata ad Serenissimos Principes Horatium, & Petrum eidem Matri prædefunctos; primus enim obijt Venetijs, vt dicebamus anno 1656. Secundus Parmæ de anno 1677. *Summario num.* 23. Serenissima verò Ducissa Margharita Medicea Mater ab hac vita excessit anno 1679. *Summ. num.* 24. ex qua circumstantia eruitur alter error palmaris eiusdem Testis mentionem facientis dumtaxàt de *Serenissima Principissa Maria Magdalena* sorore, & quam supponit exclusam ab hæreditatibus dictorum Principum, quandò eisdem Superstes fuit *Serenis. Ducissa Mater*, quæ vti Vidua ex Serenissimo Duce Odoardo radijs illius corruscans, vt supra probatū fuit, debuisset

318 Mobilia, & Argenta Serenis. Princ. subministrantur à Ducali Gaza, ad quam post eorū obitum reuertuntur.

319 Bona Paterna, & Materna relinquere non potuerunt, quia Serenis. Mater superuixit, & Serenis. Pater eosdem tacitauit in assignamento.

320 Mentionem facit de sola Ser. Princ. Maria Magdalena, quando superstes fuit etiam Ser. Ducissa Mater dd. Principum, cui etiam successio fuisset debita.

 set

set æquè succedere ad luctuosas Principum filiorum Hæreditates, vndè palàm est, quod Testis senio confectus, qui in tot essentialibus errauit, nullam nec minimam promeretur animaduersionem.

311 Asserta obseruantia quatenùs viribus subsisteret, siluisset præsens colluctatio.

108. Iterum, iterùmque in hoc passu protestantes, quod si asserta obseruantia *statuti* in ordine ad successiones subsisteret, & remotis etiam indicijs verificari posset eximia religio Serenissimi Regnantis, eiusque intensus amor ergà Serenissimum Principem fratrem, nulli dedisset disputationi locum. Iure igitur, meritoque credi potuit de prædicta asserta obseruantia nullum verbum fuisse faciendum, potissimè quandò de negocio hoc quatuor annorum spatio amicabilitèr tractato, nèc minimum de illa indicium occurrit, & quando exceptis præfatis Serenissimis Principibus *Horatio*, *& Petro* ab intestato defunctis, ostendimus cæteros omnes Principes, & Cardinales Serenissimæ Familiæ testatos occubuisse. Est enim Parmæ, & alibi notorium, quod dicti Serenissimi Principes *Horatius*, *& Petrus* ab intestato defuncti nullam reliquerunt hæreditatem, quæ adiri valuerit, vel potuerit, siuè à masculis, siuè à fæminis de Familia, nam eorum magnifici sumptus, quibus impares erant annuæ præstationes, damnosum vndique constituerunt Patrimonium, iusto proindè titulo ab omnibus neglectum. Etsi res aliter se habuisset actus aditionis, actusque diuisionis ex authenticis resurgerent scripturis, quæ vtpotè asseruatæ in publicis Archiuijs palàm sunt omnibus eodem modo, quo Testamenta, Renunciationes, cæterique actus, & contractus, qui allegantur, nec opus fuisset recurrere ad d. informem fidem tot titulis defectuosam, & erroneam.

312 Sed vel insubsistens probari nequit, & ex actibus aditionis, & diuisionis constaret.

313 Sed nullam reliquerūt dd. Principes Hæreditatem, quæ esset diuidenda.

314 Ex abundanti, ostenditur, Hæreditates prædict. Princ. potiùs debitis oberatas.

109. In quorum maiorem comprobationem iuxtà documenta nobis nuperrimè peruenta subnectimus quoad dictum Serenissimum Principem Horatium ipsum remanere adhuc in Codicibus Serenissimæ Ducalis Computisteriæ descriptum Debitorem ergà claræ memor. Serenissimum Ducem Raynutium fratrem *in Hungaris* 13031.13.1. vt *Summario num.* 25. & quoad Serenissimum *Principem Petrum* dispunctis partitis dati, & accepti ex Bonis per ipsum relictis remansisse, & remanere adhuc detectum eumdem Serenis. Ducem in *ll* 170391.16.10 monetæ Parmensis, pro quibus æquandis defuit substantia dictæ hæreditatis, vt liquet ex prædictis Codicibus, *Summario num.* 26.

315 In nihilo releuant renunciationes emissæ à Serenis. fœminis, siue occasione, Monacationis, siuè propter Nuptias.

110. Missa ergò ad partes asserta obseruantia in ordine ad successiones, *& statutariam* respectiuè exclusionem, videndum est quid releuent in proposito nostro tres renunciationes, seù donationes factæ à Serenissimis *Principissis Catharina*, *Margharita*, *& Elisabeth* occasione Professionis Regularis, seù

Nu-

Nuptiarum carnalium, in quibus cum petita, & obtenta legatur à Serenissimo Duce Regnante derogatio cuicumque obstaculo *statutorum* in ordine ad formalitates ibidem præscriptas, indè forsàn inferri poterit, quod derogatio hæc supponat Personarum subiectionem eisdem.

111. Tractando priori loco de renunciatione, seù donatione Serenissimæ *Principissæ Catharinæ*, quæ Religioni Carmelitarum Excalceatarum nomen dedit, certum vndique est, quod habilitatio, & derogatio statutis petita fuit ad simplicem, & exuberantem cauthelam, quià solemnitates statutariæ seruari non debent in renunciationibus, quæ fiunt antè ingressum in Monasterium fauore propinquorum, vt alijs relictis firmant *Conciol. allegat.50. num.50. & seqq. & ad statut. Eugub. lib.2. Rubr.56. num.48. Mans. consult.302. num.22. Rocca disput. Iur. 144. num.5. & 6. Card. de Luca de Donat. discurs.15. per tot*, qui in *num.* 3. dicit, quod cum hac opinione viuitur in Curia, *Modern. Asculan. ad statut. Vrb. annot.44. art.6. num.657. tom.2* & articulo formitèr discusso, *Rota coràm Burat. & decis.* 461. *per tot*, quam constantèr sequitur *coràm Dunoz. Iun. decis.959. num.1. & seqq.*, in qua reijciuntur omnes contrariæ authoritates *coràm Ottbobon. decis.10. sub num.46. & seqq. coràm Cels. decis.157. num.8. coràm Peuting. decis.455. nu.7. & seqq. coràm Priol. decis.154. num.6. in Recen. decis.556. num.7. part.4. tom.3 decis.143. num.6. part.16. decis.269. num.7. & 8. part.17. & in Romana Hæreditatis 23. Martij 1685. §. Eiusdem irreleuantiæ cum sequentibus*, vbi quod huic sententiæ assistunt rationes tàm Legales, quàm Politicæ *coràm bonæ mem. Rondinino*, & id ipsum dicitur de insinuatione donationis pari modo non necessaria *Constantin. ad statut. Vrb. Annot.43. num.83.*, vbi plures alij cumulantur, *Rota coràm Buratt. d. decis.461. num.6. coràm Dunoz. Iun. decis.955. num.1. & seqq. coràm Ottbobono decis.10. num.4. & 48. coràm Peutinger. decis.455. num.7. & 12. & in d. Romana Hæreditatis citato §. eiusdem irreleuantiæ cor. Rondinino* cum alijs proximè relatis.

316 Expenditur actus renunciationis Sereniss. Principissæ Catharinæ Monialis, & signantèr habilitatio, & derogatio obtenta à Sereniss. Duce.

327 Nulla in ea sequirebatur solemnitas, & ideò id totum gestum ad cauthelam.

112. Actus proindè ad maiorem gestus cauthelam validam obseruantiæ speciem non adstruit, reflectendo signantèr quod dicta Serenissima Donans *minor* erat ætate, & donare intendebat quibuscumque Personis sibi beneuisis, vt ex supplicatione Serenissimo Duci porrecta ibi = *Nedùm cessionis, & renunciationis titulo, sed etiam Donationis irreuocabilis inter viuos, vel per viam vltimæ voluntatis, seù contractus disponere, & tradere cuicumque Personæ ipsi Oratrici beneuideudæ, & eis modo, & forma, quibus magis, & maius ipsi Oratrici videbitur, & placuerit*. Vndè in supposito necessitatis solemnitatum illæ *Iuris communis* necessariæ erant pro validando actu Donationis modo, quo suprà à minori explendo, *Rota decis.19. nu.1. & 2. in Mantiss. ad Card. de Luca tom.3. lib.7.* Et si occasione petendi habilitationem aduersùs istas, mentio quoque facta ap-

318 Quod nullam inducere potuit obseruantiam.

329 Et eo magis quia illa erat tunc ætate minor, & agebatur de Donatione cuicumque faciendo.

330 Vndè habilitatio referri debet ad obstaculum Iuris communis.

331 Et mentio de Statutis facta ad effectum resecandi questiones tàm de facto, quàm de Iure.

paret *de Statutis*, hæc referenda est ad maiorem cauthelam, & ad illum obtentum resecandi quæstiones omnes *de Iure*, sed etiam *de facto* excitabiles contrà validitatem actus, vt non obscurè colligitur à verbis dictæ supplicationis ibi = *Nec non decernere, quod talis cessio liberè, & validè fieri possit, factaque valeat, & teneat, & suum debitum Iuris, & facti sortiatur effectum, non obstantibus l.1.& 2.C.de his, qui ven.ætat. &c.* & alijs quibuscumque, quæ dicunt relationem singulorum ad singula ex obiecto dictæ abundantioris cauthelæ, vt per *Textum in l.final.§.Titia, ibique Bart.num.3.ff.de libert.legat.* dixit *Rota decis.564.num.3.& 10.coram Merlin. & in Romana Fideicommissi de Caietanis 13.Maij 1713.§.Absque eo quod coràm Reuerendissimo Crispo.*, quod planè exuberat, vt actus reputetur æquiuocus, sicque ineptus, legitimam etiam in ipsismet contractibus statuti constituere obseruantiam, *Bartol. in leg. viam publicam, vers.Ideò huic facultati, ff. de via publica, Surd. cons.227.num.71.& seqq. Neuizan.cons.43.num.7.& sequent. Bursatt.cons.360.nu.81.lib.4.Cyriac.controu.forens.460.nu.28. Card.de Luca de seruit.discurs.13.num.2.& de Regal.disc.137 num. 6., Rota decis. 336. num. 10. coràm Cerro decis. 443. num.8. part.5. decis. 254.num.24.& 25.part. 19. Recentior. & in Balneoregien. Bonorum octaua Martij 1592. §.Tacito coràm Pamphil.*

332 Et sufficit actum fuisse æquiuocum.

333 Et assertio obstaculi Statutorum quatenùs officeret esset confessio minoris absque solemnitatibus inefficax.

113. Sub hac igitur legalissima intelligentia nil valet assertio illa, de qua in precibus, quod nimirùm dicta Serenissima Principissa non poterat ad actum validè deuenire, nisi = *Seruatis Iuris tàm communis, quàm municipalis solemnitatibus stante eius minori ætate*, nam constito, quod solemnitates necessariæ non erant assertio quocumque modo concepta ad maiorem tantùm cauthelam directa dicitur, & si sumeretur in sensu absoluto inducente subiectionem statutis retorqueretur discursus, quod scilicèt confessio minoris sine solemnitatibus, vtpotè in radice nulla, nec probationem, nec adminiculum facit ad *Textum in l.clarum C.de auct.præst.Cyriac.contr.forens. 252.num.24.25., & 30. tom.2. Carol.Ant. de Grass.except.14. num.91.Mascard.de probat.conclus.371.num.1.volum.1.Eugen. cons.97.num.43.46.& 47.Odd.de Restit.in integr.p.2.quæst.61 art.6.num.13.post princip.vers.Aut demùm.*

334 Gem'ne habilitationes & derogationes obtentæ à Serenissima Ducissa Margarita, & à Serenissima Principissa Elisabeth minus obstāt

335 vtpote dubitatiuè tantum & adCauthelam obtentæ;

114. Ast multo minoris momenti sunt cæteræ duæ renunciationes *Serenissimæ Margheritæ*, de cuius hæreditate agimus, & *Sacræ Catholicæ Maiestatis Principissæ Elisabeth*, quæ à Statuto exclusa prætenditur, supplicationes etenim ab vna, alteraque porrectæ Serenissimo Duci Regnanti non aliter supponunt obstaculum Statutorum, quam per dictionem forsan, ibi = *Riflette, che per la validità di tal'atto si ricercarebbero forse alcune formalità, ò solennità per disposizione di legge Comune, ò Municipale*, & infrà = *Senza obligo di osseruare alcuna delle dd.solennità, che in ciò potessero esser richieste da leggi Comu-*

mu-

muni, *ò Municipali*, *Summ. num.22. & 23.* Dictio autem illa *forse*, quæ dubitatiua est certum animum minimè designat ad *Text. in l.Gallus*, *§.Forsitan*, *ff. de liber. & posth.*, *Barbos. de diction.126. sub num.5.*; vbi quod hæc dictio est dubitatiua, & non habet vim approbationis, *Rota decis.296. num.4. coram Corr. decis.533. num.7. in fine, par.4. recen.*, & *decis.391. num.9. par.14.*, & in *Bononien. Associationis super reseruatis 8. Martij 1717. §. Verum*, *coram R. P. D. meo Cerro*. Quam animi dubietatem manifestant aliæ causæ in ipsis renunciationum Instrumentis adiectæ ad *maiorem cauthelam*, & pro superabundanti actus firmitate, *d. Summ. num.24.* Vnde non ad se subijciendum *Statutis*, non ad agnoscendam subiectionem eisdem, sed ad remouendum quemcumque possibilem difficultatis scrupulum dd. derogationes censeri debent obtentæ, vt specialiter ponderat *Constantin. ad Statut. Vrb. annot.44. n.672.* ibi = *Cessat pariter in Clerico voluntas vtendi Statuto, quando idem contrahendo adhibuisset solemnitates statutarias ad maiorem cauthelam, & ad tollendas cauillationes, & omni alio meliori modo, tali namque casu non videtur se subijcere Statuto ex traditis, &c.* Etenim si Princeps non ligatus *Statutis* potest illis vti, vel per modum voluntatis, vel per speciem Priuilegij sine vlla consequentia coactiuæ subiectionis, tanto certiùs potuit ad maiorem cauthelam adhibere solemnitates, vel derogationem obtinere, absque eo quod vlla possit elici agnitio subiectionis, vt prosequitur *Constant. loc. citat.*, & consentaneè tradunt *Gloss. in l. cum die*, *§. Planum*, *verb. exprimere*, *ff. de recept. arbitr.*, & in *l. hæredes*, *§. final. ff. de testam.*, *Barbos. de diction. diction.124. num.10.*, *Bonden. collect. legal.38. num.111. & seqq. tom.2.*, *Rot. cor. Emerix decis.340. num.8. & 9.*, & *decis.1272. num.3.*, & in *rec. dec.371. num.2. par.19.*

336 Et totum gestum ad maiorem Cauthelam.

337 Non concludentes ideircò subiectionem.

115. Recurrente insuper, quo ad vtrumque actum reflexione illa, quod supplicationes prædictæ, & habilitatio percutiunt nedum *Statutarias*, sed etiam *Iuris Communis* dispositiones, *Summ. d. num.27. & 28.*, & consequenter tantò minus trahi possunt ad agnoscendam præiudicialem subiectionem præfatis Statutis ex *supra allegatis*.

338 Et percutientes etiam Obstacula Iuris sunt æquiuoca.

116. Actus propterea tot insignissimis titulis æquiuoci nullam inducunt obseruantiam *Statutorum* etiam in ordine ad contractus ponderando signanter, quod dd. donationes, & renunciationes prodierunt fauore *Principum vti personarum priuatarum*; quo casu cum magis dubitabile sit, an solemnitates Statutariæ seruari debeant, *Iason. cons.105. num.12. vol.1.*, *Cephal. cons.168. num.30.*, *Curt. Iun. cons.162. n.7.*, *Cyriac. controu.544. num.5.* Ex alia praeclarissima differentia, ob quam dicta obseruantia maiorem acquirit æquiuocitatem, propter quam allegabilis non est, *Surd. cons.227. num.81. & seqq.*, *Nuizan. cons.43. num.7. & seqq.*, *Bursatt. cons.360. n.82. lib.4.*, *Cyriac. contr. for. 28.*, *Card. de Luc. de seruit. disc. 13. num.2.*

339 Ac ideo nihil concludentes de obseruantia Statuti etiam in contractibus.

340 Maximè dum renunciationes emanarunt, fauore Principum vti Personarum priuatarũ.

num.2., & *de regal. disc.133.n.6.*, *Rot. cor. Coccin. dec.1771. num.50.*, *cor.Cerr.dec.28. num.6. & seqq.*, *dec.336. num.10.*, *cor.Buratt. decis.464. n.5. & seqq.*, *cor. Emerix Iun. dec.594. num.12. in rec.*, *decis.443. num.5. par.5.*, *decis.254. num.24. & 25. par.19.*

341 Nec inseruiunt ad effectum etiam interpretatiuum, quia etiā exactis æquiuocis malè sumitur interpretatio.

117. Neque ad effectum interpretatiuum, quia ab actibus ratione sui æquiuocis, & ad aliam causam referebilibus nulla bona sumi potest interpretatio, *Rot. in rec. decis.414. num.22. par.19. tom.1.* in *Montisfalisci Canonicatus 21.Februar.1718.* §.*minusque*, *cor. R. P. D.meo Cerro*, & in *Colonien. Pastoratus 12.Decembris 1721.* §.*fin. coram eodem*, & multò minus in subiecta materia, vbi si vsus *Statutorum* referri queit ad simplicem Principis voluntatem non est, cur ab actu facultatiuo desumatur interpretatio, *Rot. cor.Gregor. decis.162. num.2.*, *cor.Buratt. dec.129. num.5. & 6.*, *coram Dunoz.Iun. dec.345. num.9. in rec.*, *dec.193.num.22. par.12.*, *& 172. n.32.par.17.*, & *cor. Benincas. dec.378. num.6. & 7.*, ex maximè *Statuti* diuersi, circa successiones ab intestato, cuius cum non probetur vsus minimè quadrant termini obseruantiæ interpretatiuæ, verificandæ in specie eiusdem casus, *Roland.cons.53.n.39. lib.2.*, *Surd.decis.31. num.10.*, *Rot.decis.411. n.8. & 9. par.9. rec.*, *cor.Ludouis.dec.162. num.4.*, ibi = *Tertio respondeo, quod hic non agitur de consuetudine interpretatiua, & obseruantia adhuc illa probari deberet in casu speciali, de quo queritur.*

342 Et quoad Ser. Ducissam vrgent alii actus in Viduitate gesti difformes.

343 Ipsa de tempore derogationis petitæ erat maior ætate, & sic statutum non obstabat.

118. Posset hic sistere calamus: Verum quo ad actus gestos à d.Sereniss.Ducissa Margharita alia occurrunt in facto dicenda, quæ omnem vel remotissimum arcent difficultatis scrupulum. *Primum* in eo consistit, quod d.Ducissa de tempore petitæ habilitationis, seu derogationis erat ætate maior, vndè à toto genere erronea fuit, quælibet instantia etiam dubitatiuè concepta pro obtinenda habilitatione, & derogatione *Statutis*. Iuxta enim Baptismi fidem à Defensoribus Serenissimi D. Principis Antonij exhibitam præfata D. Ducissa nata conspicitur de anno 1664., vt ex *Summ. num.30.* Matrimonium autem contractum fuit de anno 1692., *d.Summ. num.27. lit.D.*, & consequenter de isto tempore Celsitudo sua constituta erat in 28. anno suæ ætatis. *Statutum* verò Parmense in contractibus filiorum familias ætate maiorū nullas exigit solemnitates præter Patris consensum, in cuius sit potestate, vt *Sum.n.31.* Propterea si quę necessaria fuisset derogatio à supremo Principe obtinenda ea referri debet ad alia obstacula deriuantia siuè à *Iure Communi*, siuè à *Constitutionibus Ducalibus*, æquè in dicta supplicatione mentionatis, vt ex *Summ. d.num.27. lit.C.* Minimè attenta specificatione *Rubricæ Statuti* concernentis insinuationem, quia istam, etiam Ius commune præscribit ad notum *Text. in l.Sancimus*, *C.de donat. l.si quis argentum*, *Cod.eodem*, aliosque vulgatos.

344 Statutum in contractibus Filiorum familias contentatur consensu Patris.

345 Vnde derogatio eo certius referenda ad alia obstacula Iuris Communis.

Alia

119. *Alia verò descendunt à difformibus actibus, quos d. Sere*nissima Ducissa gessit tàm ante, quàm post porrectam dictam supplicationem, constituit enim Procuratorem ad petendam habilitationem, & derogationem sub ea tamen solemni protestatione *di non volersi render soggetta à veruna di dd. solennità* vt ex mandato Procuræ *Summario Num.32. litt. A.* Repetità denuò in dicta supplicatione *Summario citato Num.27. litt. A.*, vt de facto idem mandatum Procuræ nullam habuit præuiam solemnitatem, nec minùs consensum paternum à *dicto Statuto* requisitum. Quo circà stante, in oppositum voluntate tantopere aperta vanum est agere de voluntaria subiectione *Statuto* interpretatiue elicita à dd. actibus. In claris etenim nulli locus est interpretationi *ad principia vulgatissima*.

346 In ipso actu petitæ derogationis professa fuit se nolle subiecere statuto.

120. Inspecto autem tempore posteriori dicta Serenissima Ducissa defuncta tres inijt in statu Viduitatis contractus cum Serenissimis Ducibus Estensi, & Farnesio in quibus se gerendo pro Suprema Principissa *Statutis* non ligata, qualis de facto erat, nullàs pariter in ipsis seruauit solemnitates. Reuersa enim ad patrios lares nonnullas priuatas Placentiæ fecit conuentiones cum Serenissimo Duce Francisco fratre super eius dote, & assignamento, vt *Summario n.32.* Constituit insuper in eadem Ciuitate Placentiæ in qua moràbatur Procuratorem ad concordandum cum Serenissimo Duce Estense *Summ. num.33.* Et demum ratificationem emisit super concordatis *Summario num.34.* Ex quibus contractibus certè difformibus & aduersantibus conteritur quæcumquè obseruantiæ species *Rot. cor. Cerr. decis.2. num.41., & 42. in Recent. decis.335. num.4., & 5. part.18., & in Rauennaten. prætensæ Aggregationis ad locum Consilij 5. Iunij 1717. §. Sed vrgerè cor. bo. me. Ansaldo, & in Romana Census, seù Canonis 16. Ianuarii 1722. §. Pro responsione cor. R.P.D. meo Cerro.*

347 In tribus quos inijt contractus, tempore viduitatis, nullas seruauit formalitates.

121. Cum in omnem casum ista præualere debeat tanquam posterior, & magis indiuidua, quo ad personam de cuius hereditate agitur *Soccin. Iun. cons.6. num.2. lib.1. Rot. dec.37. num.34., & seqq. part.2. diuersor. in Recent. decis.136. num.6. part.1. dec.170. n.4. dec.216. pariter n.4. part.2. dec.149. n.11. part.10., & dec.267. n.10. part.16.*

348 Quæ obseruantia potius esset attendenda vti posterior.

122. Est igitur supra omnem euidentiam manifestum, quod habilitationes, & clausulæ in aliquibus renunciationibus, seù donationibus vsurpatæ nil aliud redolent, quam meram cauthelam in eo signato casu adhibitam à contrahentibus, qui pro eorum placito poterant vti, & non vti *Statuto*, sicuti de facto illud in totum contempserunt, quoties libuit. Vndè in tanta actuum difformitate, & æquiuocitate, si nulla est obseruantia *Statuti* quoad contractus, nemò non videt, quid dicendum de successionibus in ordine ad quas nec minimum obseruantiæ monumentum allegari queit, quando de cæterò

349 Sed veritas est, quod omnia gesta sunt ad cauthelam, & ad obuiandum vsui statuti, quem facere poterant per viam priuilegii.

ob-

350 In tanta actuum varietate etiam quoad contractus, eo minus allegabilis obseruantia, quoad punctum successionis, de quibus nullus datur actus obseruantiæ.

obseruantia, etiam in linea interpretatiua verificari debet in casu indiuiduo, nec datur extensio de casu, ad casum, & de *rubrica* ad *rubricam*, pro illo effectu inducendi coactiuam subiectionem exemptorum, & signanter Principis atque filiorum, qui vel per speciem priuilegij, vel arbitrio voluntatis potuerunt quandoquè seruare *Statutum* in contractibus absq; vlla præiudiciali consequentia quoad ipsos met contractus, vndè multò minus quoad successiones, quæ sunt quid toto cœlo diuersum, atque distinctum.

351 Concluditur, statutum vel casum non comprehendere, vel in eo omissum, vel illud non afficere Ser. Familiam Principis, & obseruantiam deficere ex toto genere

123. Omnia colligendo in vnum, *Statutum*, nec personas, nec casum comprehendit, & quatenus compræhenderet casum, resisteret illius operationi ad *Iuris* sensum exemptio à *Statuto*, tùm prætensæ exclusæ, quæ innegabilis est, tùm alterius ex excludentibus, pari modo apertissima, tùm deniquè Personæ de cuius hæreditate agitur duplici respectu, & titulo verificata, qua sanè posita nec præsumptà conformatio Statuto locum obtinet, nec obseruantia tot argumentis æquiuoca varia, & irreleuans potuit subijcere Statuto personam, & hæreditatem legi Populari non subditam, in quibus planè motiuis hic compendiosè repetitis totum stat huius grauissimæ, & celebratissimæ causę momentum.

Quarè &c.

Ferdinandus de Valentibus)
P. Pomponius de Vecchis)
C. Guidobonus Caualchinus)
Io: Asceuolinus) *Aduoc.*
Io: Baptista Quatrinus)
Gabriel de Serianis)
Petrus Vbaldus Dionysius.









